remur, ne forte non aliorū vtilitatibus, sed propriis
laudi seruisse videamur. Præterea memim⁹ quan-
tum maiore animo honestaris fruct⁹ in cōsciētia, quā

in fama reponatur. Sequi ei gloria, non appetit desbet, nec si casu aliqua non sequatur, idcirco quod gloriam non meruit, minus pri'chrū est. ii' vero, qui be nefacta sua verbis adornant, non iō prædicare, quia fecerint, sed ut predicatorēt, fecisse credūtur. Si quod magnificum referēte alio fuisset, ipso qui gesserat recensēte, vanescit. Homines enim cum rē destrue re non possunt, lactationē eius incessunt. Ita si silen da feceris, factum ipsum, si laudanda, quod non si leas, ipse culparis. Me vero peculiari quædam impedit ratio, etenī hunc ipsum sermonem non apud populū sed apud decuriones habui, nec in propæculo, sed in curia. Vereor ergo, vt sit satis cōgruens, cum in dicēdo assentationem vulgi, acclamationē que defugerim, nūc eadē illa editione sectari, cū que plebē ipsā, cui cōsulebatur limine curie, parieti busq; discreuerim, nequamī speciē ambitionis inciderem, nūc eos etiam, ad quos ex munere nostro nihil pertinet, præter exemplum, velut obuia ostentatione conquirere. habes cunctationis meā caussas, obsequar tamē consilio tuo, cuius mihi au toritas pro ratione sufficit. Vale.

C. PLINIVS MINVTIO FVNDA NO SVOSAL.

Irum est, quam singulis diebus in vrbe ratio aut constet, aut constare videatur. plurib⁹, iunctisq; non constet. Nam si quem interrogas, hodie qd egisti, respōdeat, officio togæ virilis i... terfui, spōsalia, aut nuptias frequētaui, ille me

ad signandum testamētum, ille in aduocationem, ille i consilium rogauit. hæc, quo die feceris, necessaria, eadē, si quotidie fecisse te reputes, inania videretur, multo magis cū secesseris: Tunc enim subit recordatio quot dies q̄ frigidis reb. absumpsi quod euenit mihi post q̄ i Laurētino meo, at lego aliquid aut scribo: at etiā corpori vaco, cuius fulturis animus sustinetur. Nihil audio, quod audisse nihil dico qd̄ dixisse pœnitentia. Nemo me apud quēquā sibi nistris sermonibus carpit. neminē ipse reprehendo, nisi vnu me, cū parū cū mode scribo nulla spe, nullo timore solicitor, nullis rumoribus iquietor. Mecum tātum, & cum libellis loquor. Orectā sin ceramq; vitam Odulce otium honestūq;: ac pene omni negotio pulchri⁹. O mare. o lit⁹ verū secretū q̄ μουσεῖον, q̄ multa iuenitīs. quā multa dictatis Proinde tu quoq; strepitū istum, ianeniq; discursum, & multū ineptos labores, vt primū fuerit occasio, relique teq; studiis, vel otio trade Satius est enim (vt Atilius noster eruditissimesiml& facetissime dixit) otio sum esse, quam nihil agere. Vale

C. PLINIUS ATTIO CLE MENTI SVO SAL

I quando vrbs nostra liberalibus studiis flo
rit, nunc maxime floret. multa claraq; ex
empla sūt. sufficerit vnum Euphrates phi
losophus. Hunc ego in Syria, cū adulescētulus mi
litarē, penitus, & domi ispexi, amariq; ab eo labo
raui, & si nō erat laborandum. Est enim obuius

et expositus plenusq; humanitate :quā præcipit at
que vtinam sc ipse ,quē spē tunc ille de me conce-
pit .i pleuerim ,vt ille m̄tumvirtutibus suis addi-
ditāt ego nūc illas miror ,quia magis itelligo .quā
quam ne nunc quidem satis itelligo .vt enī de pi-
ctore ,sculptore ,factore ,nisi artifex iudicare ,ita ni-
si sapiēs nō potest perspicere sapientem .Quātum
mili tamē cernere datur · multa in Euphrate sic
eminēt ,et elucēt ,vt mediocriter quoq; doctos ad
uertāt ,& adficiāt ,disputat subtiliter .grauitate .or-
nate .Frequēter etiā platonicā illam sublimitatem
& latitudinem effingit .Sermo est copiosus ,& va-
rius ,dulcis i primis ,& qui repugnantes quoq; du-
cat impellat .Ad hoc proceritas corporis ,decora
facies demissus capillus ,igens ,et cana barba .quē
licet fortuita ,et iania putentur ,illi tamē plurimū
venerationis adquirūt Nullus horror i cultu nul-
la tristitia ,multū seueritatis reuerearī ,occursum
nō reformides .Vite sāctitas summa ,comitas par-
insectatur vitia nō homines .nec castigāt errātes
sed emēdat .Sequareis monēte in attētus ,et pēdēs
et persuaderē tibi etiā cum psuaserit ,cupias .Iam
vero liber i tres ,duo mares ,quos diligētissime isti
tuit Sacer Pōpeius Julian⁹ ,āūcetera vita ,tum vel
hoe vno magnus ,& clarus ,q; ipse prouincia prin-
ceps iter altissimas conditiōes generum nō honori-
bus pr̄cipem ,sed sapientia elegit .quāq; quid ego
plura de viro mihi frui non licet ? An ut magis an-
gar ,qd non licet ? Nam distringor officio ut maxi-
mo ,sic molestissimo .sed pro tribunali ,subnoto li

bellos, conficio tabulas, scribo plurimas, sed illitera
tissimas literas, soleo non nunquam (Nam idipm
quando cōtingit) de his occupationibus apud Eu-
phratē queri. Ille me consolatur⁹ affirmat etiam es
se hanc philosophiæ, & quidem pulcherrimam par-
tem, Agere negotiū publicū, cognoscere, iudicare,
promere, et exercere iustitiam, quæq; ipsi doceant,
in vsu habere. Mihi tamē hoc vnu non persuadet
satius esse ista facere, quam cū illo dies totcs audiē-
do, discēdoq; consumere. Quo magis te cui vacat
hortor, cū in urbē proxime veneris (venias aut ob
hoc maturi⁹.) illi te expoliēdum, limandumq; per-
mittas. Neq; n. ego, vt multi, inuideo alijs bonum
quo ipse careo, sed contra sensum quendam, volu-
ptatem que percipio, siea, quæ mihi denegantur,
amicis video superesse. Vale.

C.PLINIVS FABIO IV
STO SVO SAL.

Lim nullas mihi epistolas mittis. Nihil est
o inquis, quod scribam, at hoc ipsum scribe,
nihil esse, quod scribas, vel solum ill&., vnde
Incipere prioris solebat. Si vales bene ē, ego valeo,
Hoc mihi sufficit, est enim maximum. Lu-
dere me putas, serio peto, fac
sciam, quid agas, quod
sine sollicitudinesum
ma nescire non
possum
Vale,

CPLINIVS CALESTRO TI
RONI SVO SALVTEM

12.

Aeturam grauissimam feci, si iactura dicenda est tanti viri amissio. decepsit Corellius.

Rufus, et, quidem sponte, quod dolorem meum exulcerat. Est enī luctuosissimū genus mortisquam non ex natura, nec fatalis videtur. Nam ut cunq; in illis, qui morbo finiuntur, magnum ex ipsa necessitate solatiū ē, i. iis vero quos accersita mors auferit, hic ī sanabilis dolor est. quod creduntur potuisse diuviuere. Correlliū quidem summa ratio, quae sapientibus pro necessitate est, ad hoc consilium copulit, quanquam plurimas viuēdi caussas habentē optimam conscientiam, optimam famā, maximā autoritatem, preterea filiā, uxorem, nepotem, sorores, interq; tot pignora, veros amicos. Sed tā longa, tam iniqua valetudine cōflictabatur, vt hec tāta pretia viuēdi, mortis rationibus vincerētur. Ter tio, et tricesimo anno (vt ipsū audiebam) pedū dolore correptus est. (patrius hic illi: Nam plerūque morbi quoq; per successiones quasdam, vt alia traduntur) hunc abstinentia, sanctitate, quoad viridis aetas, vicit. & fregit, nouissime cum senectute ingrauescentem, viribus animi sustinebat. Cum quidem incredibileis cruciat⁹, et idignissimata mortē patet, (nam enim dolor non pedib⁹ solis, vt prius insidebat, sed omnia mēbra peruagabatur) Veni ad eum Domitianus temporibus in suburbano iacentem serui e cubiculo recesserūt, habebatis hoc mo-

ris, quoties itrasset fidelior ari icus qui etiā vxor,
quāq ois secrete capacissima ,digrediebatur. Cir-
cūtulit oculos ,& cur inquit me putas hos tātos dō
lores tādiu sustinere? vt scilicet isti latroni vel vno
die sup̄sim dedisses huic animo par corpus, fecisset
quod optabat. affuit tamē deus votoculus ille cō-
pos ,vt iā securus ,liberq; moriturus, m̄ta illa vi-
ta sed minora retinacula abruptit .increuerat vā-
letudo ,quam temperātia mitigare tentauit ,per
seuerātē cōstātia fugit. Iā dies alter ,tertius ,qua-
tus ,abstinebat cibo ,misit ad me vxor ei⁹ His pulla
cōmunem amicum .C. Geminum cum tristissimo
nuntio ,destinasse Corellium mori ,nec āt suis ,āt fi-
liæ precibus flebit ,solum superesse me ,aquo reuo-
cari posset ad vitam .Cucurri ,perueneram i proxi-
mum ,cum mihi ab eadē His pulla Iulius Atticus
nuntiat ,nihil iā ne me quidem impetraturum ,tā
obstinate magis ,ac magis iduruisse dixerat sanie

f medico admotiēticibū , kēk pīk & quæ vox quātū
admirationis i animo meo tātū desiderii reliquit
Cogito ,quo amico ,quoviro careā .Impleuit quidē
annū sept. et sexagesimū ,qætas ēt robustissimis fa-
tis lōga ē Scio euasit perpetuam valetudinē .Scio
decessit superstibis suis ,florēte re .p. que illi om-
nib⁹ suis carior erat ,et hoc scio Ego tñ tāq et iue-
nis & sortissimi morte doleo .doleo autē ,licet me i
becillū putes ,meo nomine .Amisi enī amissi vitæ
meætestem ,rectorem ,magistrū in summa dicam ,
quod recenti dolore cōtubernali meo Caluifio di-
xi Vereor ne negligentius viuam ,proinde adhibe

solatia m̄hi ,nō h̄c senex erat iffirmus erat hec ei
noui . Sed noua aliqua ,sed magna ,que audieti nū
quam legerim nunquam . Nam quæ audiui : quæ
legi ,sponte succurunt ,sed tanto dolore superan-
tur . Vale .

C. PLINI VS SOSIO SE NECIO
NI SVOSAL.

Agnū prouētum poetarum annus hic ad tu-
m̄ lit ,toto m̄se aprilī nullus fere dies ,quo nō
recitaret aliquis .iuuat me ,q̄ vigent studia
proferunt se ingenia hominū ; & obstant ,ta-
met si ad audiendum pigre coit ur . pleriq̄i statio-
nibus sedent ,tēpus q̄ audiēdi , fabulis conterunt .
ac subide sibi nūtiari tubēt , an fam recitator intra-
uerit , an dixerit præfationē , an ex magna parte
euoluerit librum , tūm demum , actūc quoq̄ ,lente
cunctāterq̄ veniūt , nec tamē permanent . sed ante
finem recedunt , alii dissimulanter , & furtim , alii
simpliciter ; & libere At hercule memoria parentum
Claudium Cæsarem ferunt , cum i palatio spatiare
tur , audissetq̄ clamorē , caussam requisisset , cumq̄
dictū esset ; recitare Nonianūm , subitum recitati
i opinatūq̄ venisse . Nunc otiosissimus quisq̄ mul-
to ante rogatus . & idētidem admonitus aut nō ve-
nit , aut si venit , queritur se diē , quia non perdidē
rit , perdidisse , sed tāto magis laudandi probādīq̄
sunt , quos a scribēdi ; recitādīq̄ studio hec auditō
rum desidia , vel superbia nō retardat Evidē pro-
pe nēmīni defui . Erāt sane pleriq̄ amici . Neq̄ enī

est fere quisquā qui studia ut non simul. & nos ammet. His ex cauſis longius quam destinauerā tēpus in urbe cōsumpsī. possum iam repetere secessū. & scribere aliquid quod nō recitē. ne videar. quo rum recitationib⁹ effui. non auditor fuisse. sed creator. Nam vt in cæteris rebus. ita i audiēdi efficio perit gratia si reposcatur. Vale.

C. PLINIUS IVNIO MAVRICO
SVO SALVTEM.

Etis. vt fratriſ tui filiæ proſpiciam maritū. p quod merito mihi potissimum iūgis. Scis enim quantopere ſummuſ illum virum ſuſpexerim. dilexerimq; quibus ille adulementiam meam exhortationib⁹ fouerit. quibus etiam laudib⁹. vt laudād⁹ viderer. efficerit. Nihil eſt quod a te mādari mihi aut maius. aut grati⁹. nihil quod honestius a me luſcipi poſſit. quam vt eligam iuuenem. ex quo naſci nepotes Auruleno Rustico deceat. qui quidem diu querēdus fuſſet. niſi parat⁹. & quaſi prouifus eſſet Minut⁹. Acilianus. qui me. vt iuuenis. iuuenem (eſt enī minor pauculis annis) familiarissime diligit. reueretur vt ſenem. nam ita a me formari. & iſtitui cupit. vt ego a vobis ſolebā. Patria ē ei Brixia. ex illa noſtra Italia. quæ multum adhuc verecūdīa frugalitatis antiquæ. retinet ac ſeruat. Pater Minutius Macrin⁹ eq̄stris ordis princeps. quia niſil altius voluit. adlectus a Diuo Vespasia no inter p̄torios. honestā quietē huic nr̄ae. abitioi dicā. an dignitati. cōſtantissime prætulit. Habet au-

am maternā Serranā prōcul a me municipio Patu
 uio, nosti loci mores, Serrana tamē patauinis quo
 que seueritatis exemplum est. Contigit & auūculo
 ei. P. Acilius grauitate, prudētia, fide prope singu
 lari, in summa nūhil erit in domo tota, quod nō tibi
 tanquam in tua placeat Aciliano, v ero ipsi plurimū
 vigoris, industriæ, quānquā in maxima vetecūdīa
 quæsturam, tribunatum, præturam honestissime
 percucurrit, ac iam pro se tibi necessitatē ambiēdī
 misit. Est illi facies liberalis, multo sanguine, multo
 rubore suffusa. Est igenua toti corporis pulchritu
 do, & quidā Senatori^o decor, quæ ego nequaquā
 arbitror negligenda, debet enī hoc castitati puella
 rū quasi pre æmīū dari. Nescio an adiiciā esse patri
 eius amplas facultates, nā cū imaginor vos, quibo
 querimus generum, splendendum de facultatibus pu
 to, cū publicos mores, atqe etiā leges ciuitatis itue
 or, quæ vel in primis census hominum spectādos
 arbitrātur, ne id quidē pretereūdum videtur. Et
 sanc de posteris, & his pluribus cogitāti, hic quoqe
 in conditionibus diligendis ponēdus est calculus.
 Tu fortasse me putes idulisse amorī meo, supraqe
 ista, quā res patitur, sustulisse. At ego fide mea spō
 deo futurum, vt omnia longe ampliora, quā a me
 prædicantur, inuenias. Diligo quidem adu
 lescentem atdētissime, sicut meretur,
 Sed hoc ipsum amantis est,
 non onerare eum
 laudibus.
 Vale.

b ij

C. PLINIVS SEPTIMIO CLA
KO SVO SALVTFM.

Eus tu, promittis ad cænam, nec venis did
h turius, ad assem impendium reddes, nec
id modicum, paratæ erant lactucæ singu
læ, cochleæ terne, cuia bina, alica cū mulso, et niue.
Nam hāc quoq; cōputabīs, imo hanc in primis, quæ
perit i ferculo, oliuulæ bæticæ, cucurbitæ, hulbi alia
mille nō min⁹ lauta. Audissem Comœdū, vel lecto
rem, vel lyristen, vel quæ mea liberalitas, omneis,
at tu apud nescioquē, ostrea, vuluas, echinos Gadi
tanos maluisti, dabis poenas: nō dico quas, dure fe
cisti, inuidisti ne scio an tibi certe mihi, sed tñ et tibi.
Quātum nos lusissimus, risissimus, studiissem⁹.
Potes apparatius coenare apud nultos, nusquam hi
larius, simplicius, incautius, in summa experire. Et
nisi postea te aliis potius excusaueris, mihi semper
excusa. Vale.

C. PLINIVS ERVICIO SVO. S.

Mabam Pompeium Saturninum, hunc di
a co nostrū, laudabamq; eius ingenium, eti
am antequam scireni quam varium, quam
flexibile, quam multiplex esset, nūc vero totū me
tenet, habet possidet, audiui causas agentē acriter
& ardēter, nec minus polite, & ornate siue medita
ta, siue subita preferret, ad sū aptæ, crebræq; sente
tiæ, grauis, & decora cōstructio, sonantia verba, et
antiqua. Omnia hæc mire placēt, cum impetu quo

I
 dam, & flumine præuehuntur, placet si retracten-
 tur. Sæties qd ego, cum orationes eius i manu sum
 pseris, quas facile ouilibet veterum, quoru est æmu-
 lis, cōparabis. Idem tamē in historia magis satisfa-
 ciet, p breuitate, vel luce, vls suauitate, vel splendore,
 etiā sublimitate narrandi, nā in contentionib eadē,
 quæ in orationibus vis est, pressior tamen, & cir-
 cūscriptior, & adductior. præterea facit versus, qua
 leis Catullus, aut Caluus. Quantum illis leporis,
 dulcedinis, amaritudinis, amoris iserit, sane sed da-
 ta opera mollius, leuiusqz, duriusculos quos dā, &
 hoc quasi Catullus, aut Caluus. Legit mihi nuper
 epistolas (vxoris esse dicebat) Plautum, vel Teren-
 tiū metro solutum legi credidi. Quæsiue vxor-
 is sunt, vt affirmat, siue ipsius, vt negat, pari glo-
 ria dignus, qui aut illa componat, aut vxorē, quam
 virginē accepit, tam doctam, politamqz reddiderit.
 Est ergo mecum, per diem totum, eundem ante, quā
 scribā, eundem cum scripsi, eundem etiam cum re-
 mittor, non tanquā eundem lego. Quod te quoqz
 vt facias, et hortor, & moneo, neqz em debet operi
 bus ei⁹ obesse, quod viuit. An si inter eos, quos nū
 quam vidim⁹, floruisset, non solum libros eius, ve-
 rum etiam imagines cōquireremus, eiusdem nūc
 honor præsentis, et gratia qualis satietate laguescit.
 at hoc prauum, malignumqz est, nō admirari homi-
 nem admiratione dignissimū, quia vi-
 dere, complecti, ne claudare tan-
 tum, verum etiam amare
 contingit. Vale.

C. PLNIVS CORNELIO TITIANO
SVO SAL.

St adhuc curæ hominibus fides. & officiū.
Sunt qui defunctorum quoq; amicos agat.
Titinius Capito ab Imperatore nostro im-
petrauit, ut sibi liceret statuam. L. Syllani in foro po-
nere, pulchrū, & magna laude dignū amicitia prin-
cipis in hoc vti, quātumq; gratia valeas alioꝝ ho-
noribus experiri. Est omnino Capitonii vsu, claros
colere. Mirum est, qua religione, quo studio, imagi-
nes Brutorum, Cassiorū, Catonū, domi, vbi potest,
habeat. Idem clarissimi cuiusq; vitam egregijs car-
minibus exornat. Selas ipsum plurimis virtutibus
abudare, qui alienas sic amat. Reddit⁹ est, L. Sylla-
no debitus honor, cui⁹ in immortalitati Capito p̄spe-
xit pariter, & suæ. Neque enim magis decorum, &
insigne est, statuam in foro populi romani habere,
quam ponerē. Vale.

CPLINIVS SVETONIO TRAN-
QVILLIO SVO SAL.

Cribiste perterritū somnio, vereri, nequid
aduersi in actiōe potiaris. rogas, ut dilatio-
nem petā, & pauculos dies, certe proximū
excuseam, difficile ē, sed experiar. καὶ τὰ πολεμ
εκ Διοστέσ τιν. Refert tamē, euētura soleas, ī co-
traria somniare. Mihi reputanti somnium meum,
istud, quod times tu, egregiā actionē portēde, et vi-
detur. Suscepseram causam Iunij Pastoris, cū mihi

qui escēti visa est socrus mea aduoluta genibus, ne agerem, obsecrare. Et eram actur⁹ adulescentul⁹ adhuc. Erām in quadruplici iudicio. Erā cōtra potentissimos ciuitatis, atq; etiā Cæsaris amicos, q̄ sin gula excutere mentē mihi post tā triste somniū poterāt. Egīt̄, λογιστα μενος illd̄ ε: σ οιω γος αρι
στοτα μύνασθαι περι πάτρητ, Nā mihi, et qđ car⁹ patria fides videbatur, pspere cessit, atq; iō illa actio mihi aureis hoīm, illa ianuam famæ pate fecit. Proinde disp̄ce, an tu quoq; sub hoc exemplo somnium istud ī bonum vertas. Aut si tutius putas illd̄ cautissimi cuiusq; præceptū, Q uod dubites, ne feceris, id ipsum rescribe. Ego aliquā stropham inueniā, agāq; caussam tuā, vt ipam agere, cū tu voleas, possis. Est enī sane alia ratio tua, alia mea fuit, nam iudiciū cētumuirale differri nullo modo, istuc ægre quidem, sed tamen potest. Vale.

CPLINIVS ROMATIO FIRMO
 SVO SALVTEM.

Vniceps tu meus, et condiscipulus, et ab in
 m eunte ætate cōtubernalis, pater tu⁹, & ma
 tri, et auunculo meo, mihi etiam, quantum
 ætatis diuersitas passa ē, familiaris, magnæ, & gra
 ues caussæ, cur suscipere, augere dignitatē tuā de
 beam. Esse autem tibi centū milliū cēsum, satis in
 dicat, qđ apud nos decurio es. Igitur, vt te nō decu
 rione solum, verū etiam equite Romano perfrua
 mur, offerotibi ad implendas æquestreis faculta
 tes ecc. millia nūmū. Te memorem hui⁹ muneris

amicitiae nostre diuinitas spondet. Ego ne illud
quidē admoneo, qđ admonere deberē, nisi scirem
spōte facturę. Dignitate a me data qđ modestissime,
vt a me data vtare. Nā solicitius custodiēdus es tho-
nor, si quo etiā beneficium amicitiūdum ē. Vale.

C.PLINIVS CORNELIO TACI
TO SVOSALVTEM

Requēs mihi disputatio ē cum quodam do-
cto homine, et perito, cui nihil æque i cau-
sis agendis, vt breuitas placet, quā ego cu-

stodiēdā esse cōfiteor, si causa permittat, alioquin
præuaricatio ē, transire dicēda, præuaricatio etiā
cursim et breuiter attigere, que sint inculcanda, in
figēda, repetēda. Nā plerisq; lōgiore tractatu vis
quædam, & pondus accedit, vtq; corpori ferrum,
sic oratio animo non ictu magis, quā mora impris-
mitur. Hic ille mecum autoritatibus agit. Ac mihi
ex grecis orationes Lysiae ostētat ex nostris Grac-
chorū, Catonisq; quorum sane plurime sunt cir-
cūcise, et breues. Ego Lysie Demosthenē, Aeschi-
nē Hyperidē, multosq; preterea Gracchis, & Ca-
toni Pollionē, Cesarē, Cæliū, in primis. M. Tullium
oppono, cuius oratio optima fertur esse que ma-
xima. Et hercule, vt aliæ bonæ res, ita bonus li-
ber melior ēquisq; quo maior. Vides vt statuas, si
gna, picturas, hominū deniq; multoq; aīalium
formas, arborū etiā, si modosit decore, uihil ma-
gis, quā aīpliudo commendet. Idem orationibus
euénit, qui etiā voluminibus ipsis autoritatē quā

dam & pulchritudinē adiicit magnitudo . Hec ille ,
multaq; alia , quæ a me in eandem sētenciam solēt
dici , vt est in disputando incomprehensibilis , et lu-
bricus , ita eludit , vt contendat hos ipsos , quorum
orationib⁹ nitar , pauciora dixisse q̄ ediderit . Ego
cōtra puto . Testes sunt multæ multorum oratiōes ,
& Ciceronis pro Murena , pro Vareno , in quibus
breuis , et nuda quasi subscriptio quorūdam crimi-
nū solis titulis indicatur , ex his apparet , illum per
multa dixisse . cū ederet , omisisse Idē pro Cluētio
ait se totā cauſam vetere iſtituto ſolum perorasse
Et pro Corſielio quadrūduo egiffe , ne dubitare pos-
ſim⁹ . quæ pluries dies , vt necesse erat , latius di-
xerit , poſtea reciſa , ac purgata i vnum librū gran-
dē quidē , vnum tamē coarctasse . At aliud ē actio
bona , aliud oratio . Scio nōnullis ita videri , ſed ego
forſitā fallar , perſuafum habeo , poſſe fieri , vt ſit
actio bona , quæ nō ſit bona oratio , non poſſe non
bonam actionem eſſe , quæ ſit bona oratio . eſt enī
oratio actionis exemplar , & quaſi ἀρχέτυπον
Ideo i optima quaque mille figuræ extēporaleis
iuenimus , i his etiā , quas tātum editaſcimus ut
in Verrē artificem , quem nā recte admones Poly-
cletum eſſe dicebat . Sequitur ergo ut actio ſit ab-
ſolutissima , que maxime orationis ſimilitudinem
expresserit , ſi modo iuſtū , et debitum tēpus acci-
piat . quod ſi negetur , nulla orationis , maxia iudic-
iſculpa ē . Adſunt huic opinioni meæ leges , quæ
lōgissima rēpora largiūtur neg breuitatē dicenti-
bus , ſed copiā , hoc ē diligentiam suadet , quā præ-

stare nisi agustissimis caussis non pot breuitas, Adit
ciā, qē me docuit usus magis egregius, frequenter egi,
frequenter iudicauī, frequenter ī cōsilio fui. aliud alios
mouet, ac plerūqz paruae res maxie trahūtur, varia
sunt hominū iudicia, variæ volūtates, inde, qd cādē caus
sā simul audierūt, s̄aepē diuersū, iterdū idē, sed ex
aī diuersis motib⁹ s̄etiūt. Præterea suæ q̄s q̄ziuētioni
fauet, & q̄si fortissimū cōpletebitur, cū ab alio dictū ē,
qd ipse præuidit. Oib⁹ ergo dādū est aliquid, qd te
neant, qd agnoscāt. Dixit aliqui mihi Regulus, dū,
simul adesse tu oīa, q̄sunt in caussa putas exse
quēda, Ego iugulū statī video, hūc premo (pm̄it sa
nc, qd eligit, sed in eligendo frequenter errat,) respō
di posse fieri, vt genu esset, aut talus, vbi iugulū pu
taret. At ego inquam, qui iugulum perspicere nō
possum, oīa pertēto, oīa experīor, πάντα deni
que λίθον κινῶ utq; in agrī cultura non vineas
tm̄, verum etiam arbusta, nec arbusta tātum, verū
etiam campos curo, & exerceo, utq; in ipsis campis
non far, aut siliginem solā, sed ordeum, fabam, cæ
teraq; leguminā sero, sic in actiōe plurā quasi semi
na latius spargo, vt quae prouenerint colligā. Neq;
enim minus imperspicua, incerta, fallacia sunt iu
dicum ingenia, quam tēpestatum, terrarūq;. Nec
me p̄terit sumū oratorē Periclē sic a comico Eupo
lide laudari. προσδε γ αυτουτωταχει
πειθω τισ επεκαθητο τοισιχειλεσιρ,
υτωσ εκκλει. και μονος τριτορων
τοκεντρου εγκατελιπε τοισ ακρωμενοισ

verū huic ip̄i Pericli nec illa πιθώ nec illa ἐκκλει
breuitate, vel velocitate, vel vtracq; differunt. n. sine
facultate summa cōtigisset. nā delectare, persuadere,
copia dicēdi, spatiūq; desiderat, reliquæ vero acu
leū i audiētiū aīs. is demū pōt, q nō pūgit, sed ifigit

Adde, quæ de eodem Pericle Comicus alteris.

στραπτέβροντα, ξυγεκύκα την ελλάδα
Nō em̄ amputata oīo, & abscissa, sed lata, & magni
fica, & excelsa tonat, fulgurat, oīa deniq; pturbat,
ac mis̄et, optim⁹ tñ mod⁹ ē, qs negat, sed nō min⁹
nō seruat modū, q̄ infra rē, quā q̄ supra, q̄ adstricti⁹,
quā q̄ effusius dicit. I taq; audis frequēter, vt illud i-
modice, & redūdāter, ita hōc lejune, & infirme, ali⁹
excessisse materiā, ali⁹ dicitur non implesse, aequē
vterque, sed ille ibecillitate, hīc vīribus peccat, quo
certe & si non limatoriſ, maioriſ tamē ingenij viti-
um est. Nec verocum hæc dico, illū homericū
ἀμετροεπή probō, sed hūc, καισπεαιφαθ: &
σιγεοκοτα χαιμεριοσιν nō q̄aī, & ille mihi vali-
lidissie plāceat, παῦρα μεν, ἀλλὰ μάλα λι-
τέως. Si tñ detur electio, illā orationē similē niuib⁹
hibernis, i. crebrā, assiduā, et largā, postremo diuī-
nā, & cœlestē volo. At è gratiō multis actio breuis.
Est, sed iertib⁹, quorū delicias, desidiāq; quasi iudi-
cium respicere, ridiculum est. Nam si hos in cōsilio
habeas, non solū latius ē breuiter dicere, sed omni-
no nō dicere. Hæc ē adhuc sentētia mea, quā muta-
bo, si dissēleris tu. Sed plane cur dissētias, explices
rogo. Quāuis enim cedere autoritatitūaē debeā

Rectius tamen arbitror intanta re, ratione, quā au-
toritate superari. proinde, si non errare videor, id
ipsum, quā voles breui epistola. Sed tamen scribe.
Con iurmaris enim iudicium meū, si errauerō. ion-
gissimā para. Nū corripi te, qui tibi, si mihi accede-
res, breuis epistolæ necessitatē, si dissentires, lögis-
simæ imposui. Vale.

C.PLINIVS PLINIO POMPEIO PA-
TERNO SVO SAL.

T animitu*ī* iudicio, sic oculorum plurimū
tribuo, non quia multū ne tibi placeas, sed
quia tantum quantum ego sapis, quanquā,
hoc quoq; multū ē. Omissis iocis, credo decētis eē
seruos, qui sunt empti mihi ex cōsilio tuo, supereft,
vt frugis sint, quod de venalibus melius auribus,
q̄ oculis iudicatur. Vale.

C.PLINIVS CATILIO SEVE
RO SVO SAL.

Iu iam in vrbe hæ^eeo, & quidem attoni-
d^d tus. pturbat me longa, et ptinax valetu-
do Titi Aristonis, quē singulariter, & mi-
ror, & diligo. nihil est em illo grauius, sanctius, do-
ctius, vt mihi nō vnu homo, sed literæ ipsæ, oēsq;
bonæ artes in vno homine summum periculū adi-
re videātur. Quam peritus ille & priuati iuris, &
publici: quantū rerum, quantum exemplo, quā-
tum antiquitatis tenet? nihil est, qđ discere velis.
quod ille docere non possit. Mihi certe quoties aliz-

quid abditum quæro , ille thesaurus est . Iam quan-
ta sermonibus eius fides ? quâta autoritas ? q̄ pres-
sa . & decora cūctatio ? quid ēquod non statim sci-
at ? & tamē plerūq; hesitat . dubitat diuersitate ra-
tionū , quas acri , magnoq; iudicio ab origine , caus-
sisq; primis repetit , discernit , expēdit Ad hoc quā
parcus i victu , quā modicus in cultu . Soleo ipsum
cubiculū illi⁹ , ipsumq; lectum , vt imaginē quandā
priscae frugalitatis a spicere . ornat hæc magnitudo
animi , quæ nihil ad ost̄ationem , omnia ad con-
sciētiā refert , recteq; facti , nō ex populis sermone
mercedē , sed ex facto petit . In sūma nō facile quis
quēquam ex istis , qui sapientie studiū habitu corpo-
ris præferūt , huic viro compararit : Non quidem
gymnasia sectatur , aut porticus , nec disputatōib⁹
lōgis aliorū otium , suumq; delectat , sed in toga :
negotiis q; versatur . multo s aduocatione , plureis
cōfilio iuuat . Nemini tamē istoꝝ castitate , pietate ,
iusticia , fortitudine , etiā p̄io loco cesserit . Mirare
ris , si iteresses , qua patiētia hāc ipsā valetudinē to-
leret , vt dolori resistat , vt sit̄ differat , vt icredibile
febriū ardorē imotus , opertusq; transmittat . Nu-
per me , paucosq; mecū , quos maxie dī igit aduo-
cauit , rogauitq; , vt medicos cōsulerem⁹ de sūma
valetudinī , vt si eēt i superabilis , spōte exire etē vi-
ta , si tñ difficilis & lōga , resisteret , maneretq; , Dā
dū enī precibus vxoris . dādū filiæ lachrymis , dā
dū etiā nobis amicis , ne spes nostras si modo non
essent ianes , volūtaria morte desereret . Id ego ar-
duū i primis , et præcipua laude dignū puto . Nam

Impetu quodam, & instinctu procurtere ad mortē
cōmune cū multis, deliberare vero, et caussas eius
expendere, vtq; suaserit ratio, vltæ, mortisq; consi-
liū fuscipere, vel ponere, ingentis est animi. Et me
dici quidem secunda nobis pollicentur Superest,
vt promissis de⁹ adiuat, tandemq; me hac sollicitudi-
ne exoluat, qua liberatus Laurentinum meū, hoc
est libellos, & pugillareis, studiosumq; otium repe-
tam. Nunc enim nihil legere, nihil scribere, aut assi-
denti vacat, aut anxi⁹ libet. HABES, quid timeam
quid optem, quid etiam i posterū destinē. Tu quid
egeris, quid agas, quid velis agere, iuicem nobis,
sed latioribus epistolis scribe, erit confusione meæ
nō mediocre solatium, si tu nihil quereris. Vale.

CPLINIVS POMPEIO FAL
CONI SVOS SAL.

Onſulis, an existimē te i tribunatu caußas
agere debere. Plurimum refert, quid esse
tribunatum putes, inanem vmbram, et si-
ne honore nomen, an potestatem sacro sanctā, et
quam in ordinem cogi, vt a nullo, ita ne a se quidē
deceat. Ipse cum tribunus essem, errauerī fortasse
qui me esse aliquē putauī, sed tanquam esse, abſi-
nui caußis agēdis, primū, qđ deforme arbitrabar,
cui assurgere, cui loco cedere omnis oporteret,
hūc oib⁹ ſed ētibus ſtare, et qui iubere posset, tacere
quencunq;, huic silentium clepsydra indici, et quē
interfari nefas eſſet, hunc etiā conuitia audire, &
ſi multa patcretur, inerteſi, ſi vlciferetur, i ſolētē

videri Erat hic quoq; æstus, ante oculos si forte me appellasset vel ille, cui adessem, vel ille, quem cōtra intercederem, auxilium ferrem, an quiescerem, si leremq; & quasi e iurato magistratu priuatū ipse me facerē. His rationibus mot⁹, malui me tribunū omnibus exhibere, quam paucis aduocatum. Sed tu (iterū dicam) plurimū interest, quid esse tribuna tum putes. tuam personam tibi imponas, quæ sapienti/viro ita optāda est, vt perferatur. Vale.

C. PLINIUS BABIO HISPANO
SVOSAL.

Ranquillus contubernali s me⁹ vult emere agellum, quem venditare amicus tuus dicitur Rogo cures, quāti æquum est, emat. Ita enim delectabit emisse. Nam mala emptio semp̄ grata est, eo maxime, quod exprobare stultitiam do minovidetur. In hoc autē agello, si modo arriserit pretium, Tranquilli mei stomachū multa sollicitat, vicinitas vrbis, opportunitas viæ, mediocritas viles, mod⁹ ruris, qui auocet magis, quam distingat, Scholasticis porro hominis, vt hic ē, sufficit abude tm̄ soli, vt reluare caput, reficere oculos, reptare p limitē, vna mq; semitam terere, omneisq; viticulas suas nosse, & numerare arbusculas possint. Hæc tibi exposui, quo magis scires, quantū ille esset mihi, ego tibi debiturus, si prædiolum istud, quod cōmē datur his dotib⁹ tam fulubriter emerit, vt poenitentia locum non relinquat. Vale,

FINIS.

C. PLINII SECUNDI EPISTOLA
RVM LIBER SECUNDVS.C. PLINIVS ROMANO
SVO SALVTEM.

Ost aliquot annos insigne ,atq; etiam
memorabile populi Romani oculis spe
p ctaculū exhibuit publicū funus virginī
Rufi maximī .& clarissimī ciuiis ,& perin
de felicis . Triginta annis gloriae suae superuixit
Legit scripta de se carmina ,legit historias ,et po
steritatis suae interfuit . perfunctus est tertio consula
tu ,ut summū fastigium priuati hominis impleret ,
cum prīcipis noluisset . Cæsares ,quibus suspectus
atq; etiam iuisus virtutibus fuerat ,euasit ,reliquit
incolumen Opti mum ,atq; amicissimū tanquam
ad hunc ipsum honorem publici funeris reseruat
Annum tertium ,& octogesimū excessit in altissi
ma trāquillitate ,pari veneratione . Vsus est firmi
valetudie ,nisi quod solebat ei man⁹ tremere ,citra
dolorē tamē . Aditus tātum mortis durior ,longior
que sed hic ipse laudabilis . Nā cum vocem præpa
raret acturus in consulatu prīcipi gratias ,liber ,
quem forte acceperat grādiorem .& seni ,& stanti ,
ipso pōdere elapsus est . Hunc dum sequitur ,collis
gitq; ,per leue ,& lubricum paumentum fallente
vestigio ,cecidit .coxamq; fregit ,que parū apte col
locata ,reluctātē ætate ,inale coiit . Huius viri exe
quiæ magnū ornamētum prīcipi ,magnum scu

lo, magnum etiā foro & rostris attulerunt Laudac-
 tus est a consule .Cornelio Tacito. Nā hīc suprem⁹
 felicitati eius cumul⁹ accessit laudator eloqui tibis
 mus, & ille quidem plenus annis abiit, plen⁹ hono-
 ribus. illis etiā, quos recusauit nobis tamen querē-
 dus, ac desiderand⁹ est, ut exēplar æui prioris, mihi
 hī vero præcipue, qui illū nō solū publice, sed etiam
 priuatim quantum admirabar, tantum diligebā.
 primū quod vtricq; eadē regio, municipia finitima
 agri etiam, possessionesq; coniunctæ. Preterea, q; il-
 le tutor mihi relictus, adiectū parcus exhibuit Sic-
 cand datū me suffragio ornauit, sic ad omnes hono-
 res meos ex secessibus adcurrīt, cum iam pridē
 eiusmodi officiis renuntiasset; sic illo die, quo facet
 dotes solēt noīare, quos dignissimos sacerdotio iu-
 dicant, me semper nominabat. Quin etiam in hac
 nouissima valetudine veritus, ne forte iter quīque
 viros crearetur, qui minuerdis publicis suplibus
 iudicio senatus constituebantur, cum illi tot amici
 senes cōsularesq; supressent, me huius ætatis, per
 quē excusaretur, elegit, his quide my verbis, etiam si
 filium haberem, tibi mandarē. Quibus ex caussis
 necesse est tanquā immaturam mortem ei⁹ in sinu
 tuo defleam. Si tñ fas est aut fleri, aut omnino mor-
 tē vocari, qua tātiviri mortalitas magis finita, qua
 vita est. Vluit enī, viuetq; semper, atq; etiam lati⁹
 in memoria hominū, et sermone versabitur post,
 quam ab oculis recessit. Volo tibi multa alia scribe-
 te, sed tot⁹ anim⁹ in hac vna cōtemplatione defiz-
 xus est. Virginium cogito, Virginium video, Virgi-

nium iam vanis imaginibus, recentibus tamen au
dio, ad loquor. teneo, cui fortasse ciues aliquos vi
tutibus pares, & habemus, & habebim⁹, gloria ne
minem. Vale.

C. PLINIUS PAVLINO SVOS AL

Rascor, nec liquet mihi, an debeam, sed ira
scor, scis quam sit amor iniquus interdum,

ipotes saepe, *Micrōtīcō* saepē, hæc tamē
causa magna est, nescio an iusta, sed ego tāq nō mi
nus iusta, quā magna sit, grauiter irascor, quod a
te tandiu literæ nullæ Exorare me potes vno mō,
si nunc saltem plurimas, & lōgissimas miseris. hæc
mihi sola excusatio vera, cæteræ fallæ videbuntur
Nō sum auditurus, non erā Romæ, ve loccupatiō
era m, illud enim nec dii sinant, ut ifirmior. Ipse ad
villam partim studiis, partim desidia fruor, quoru
ytrung̃ ex eo nascitur. Vale.

C. PLANIUS NEPOTI SVOS AL.

Agna Isæum fama præcesserat, maior iuē
m tus est. summa est facultas, copia, libertas.
dicit se per ex tempore, sed tanquam diu
scriperit. sermo græcus, imo attritus. præfationes
terse g̃ ac̃'es, dulces, graues interdū, & erectæ. po
poscit cōtrouersias plureis, electionē auditorib⁹ p
mittit. saepe etiam partis. Surgit iam igitur incipit.
Statim omnia, ac pene pariter ad manū. Sensus re
conditi, occurſant verba sed qualia, quæſita, & ex
ulta, multa lectio i subitis, multa scriptio elucet p

veniatur apte, narrat apte, pugnat acriter colligit
 fortiter, ornat excelle. Postremo docet, delectat, ad-
 ficit Quod maxie dubites, crebra ē yθυμηματα
 syllogismi circumscripsi, et affecti, quod stylo quoque
 assequi magnū est. Incredibilis memoria, repetit al-
 tiq; q dixit / extēpore, ne verbo quidē labitur ad tā-
 tam ēg; v studio, et exercitatione peruenit. Nā die-
 b⁹, & noctibus nihil aliud agit, nihil audit, nihil lo-
 quitur, ānū sexagesimū excessit, & adhuc scolaastic⁹
 tñē, quo genere hoīm nihil aut sipli⁹, aut melius
 nos ei, qui iforo, verisq; litib⁹ terimur, multū mali-
 tie, quāvis nō tñm addiscim⁹. Schola, & auditoriū,
 & ficta cauſa, res inermis, inoxia est, nec min⁹ fe-
 lix, senibus pr̄serti Nā quid iſenectute felicius, q
 quod dulcissimū est in iuuenta, quare ego Isaeū nō
 disertissimū tantum, verū etiam beatissimum iudi-
 co, quem tu n̄iſi cognoscere cōcupiscis, laxe⁹, ferre-
 usq; es, Proide, si nō ob alia, nosq; ipſos, at certe, vt
 hunc audias, veni. Nunquam ne legisti. Gaditanū
 quendā Titi Luii nomine, gloriaq; commotū, ad
 visendum eum ab ultimo terrarū orbe venisse, sta-
 timq; vt viderat, abiffe! αΦΙΛΟΚΑΛΟΥ, Illiteratū
 iners, ac pene etiam turpe est, nō putate tāti, cogni-
 tionē, qua nulla ē iucundior, nulla pulchrior, nulla,
 deniq; humanior. Dices habeo hic, quos legā, non
 min⁹ disertos etiā, sed legēdi ſep occasio ē, audiēdi
 nō ſeper. Multo magis, vt vulgo dī viua vox adfi-
 cit. Nā licet acriora ſunt, que legas, altius tñ i animo
 ſedent, quæ pronuntiatio, vultus, habitus, gestus

et dicetis adfigit. nisi vero falsū putam⁹ illud Aeschilis,
qui cū legisset Rhodiis orationē Demosthēis,
admiratib⁹ cūctis, adiecisse fertur τὸν Δέειν αὐτοῦ
τὸν θηρίου ἀκηκοεῖτε & erat. Aeschies. si. De
shēi credim⁹ μεγαλοφωνότατος fatebātur tñ
lōge meli⁹ eadem illa pronuntiasse ipsū, qui pemo
pererat, que omnia huctendūt, vt audias Isaeum
vel ideo tantum, vt audieris. Vale.

C. PLINIVS CALVINAES SAL.

I pluribus pater tuus, vel vni cui libet ali⁹,
quam mihi debuisset, fuisset fortasse dubi-
tandum, an adires haereditatē etiam viro
grauem, cum vero ego duc⁹ adfinitatis officio, di-
missis omnib⁹, qui non dico molestiores, sed diligē-
tores erant, creditor solus extiterim, cūq; viuento
eo nubenti tibi in dotē centum milia contulerim⁹,
præter eam sumam, quā pater tuus, quasi de meo
dixit (erat enī soluenda de meo), magnū habes fa-
cilitatis meae pign⁹, cuius fiducia debes famam de-
functi, pudore m̄q; suscipere, ad quod te ne verbis
magis, quā rebus horter, quoquid nūhi pater tu⁹
debit, acceptum tibi ferri iubeo. Nec est, quod ve-
rearis, ne sit mihi ista onerosa donatio. Sūt quidē
omnino nobis modicæ facultates, dignitas lūptuo-
sa, redit⁹ pp̄ter conditionē agelloḡ, nescio minor,
an incertior, sed quod'cessat ex reditu, frugalitate
suppletur, ex quavelut fonte liberalitas nr̄a decur-
rit. Que tamen ita temperāda est, ne nimia profu-
sione inarescat, sed temperanda in aliis. Inte vero

facile ratio constabit, etiā si modū excederit. Vale,
C. PLINIUS LVPERCO SVO SAL.

5

Ctionem & a te frequenter efflagitatam, &
 a me s̄epe promissam exhibui tibi, non ta-
 men totā, adhuc enim pars ei⁹ perpolitur.
 Interim quae absolutiora mihi videbantur, nō fuit
 alienum iudicio tuo his tradi. Tu rogo intentionē
 scribētis accommodes. nihil enim adhuc inter ma-
 nus habui, cui majorē sollicitudinem præstare debe-
 rem. Nā in ceteris actionibus existimationi homi-
 num diligētia tantum, & fides nostra, in hac etiam
 pietas subiicitur. Inde & liber creuit, dum ornata
 patriam, & amplificare gaudem⁹, pariterq; & de-
 fensioni ei⁹ seruimus, & gloriæ. Tu tamē hæc ipsa,
 quantū ratio exegerit, reseca. Quoties em⁹ ad fasti-
 dium legentiū, delitiasq; respicio, itelligo nobis co-
 mendationē et ex ipa mediocritate libri petendā.
 Idem tamen, quia te hanc austoritatē exigo cogor
 id, quod diuersum est postulare, vt i pleriq; frontē
 remittas. Sunt enim quædam adolescentium aur-
 bus dāda, præsertim si materia nō refragetur. Nā
 descriptiones locoru, quae in hoc libro frequentio-
 res erunt, non historice tantū, sed prope poetice p-
 sequi fas est. Quod tamē si quis extiterit, qui putet
 nos lautius fecisse, quam oratiōis severitas exigat,
 huius, vt ita dixerim, tristitiā reliquæ partes actio-
 nis exorare debebūt. adnisi certe sum⁹, vt quamli-
 bet diuersa genera lectorū per plureis dicendi spe-
 cies tenerem⁹. Ac sicut veremur, ne quibusdā para-

aliqua secundum suam cuiusq; naturam non pbe
 tur, ita videmur posse confidere, vt vniuersitatē oī
 bus varietas ipsa commendet. Nam. & in ratione
 conuiuiorum, quanuis a plerisq; cibis singuli tem-
 petem, totā tamē cœnā laudare omnes solem,
 necea, que stomach⁹ noster recusat, adimūt grati-
 am illis, quibus capitur. Atq; hæc ego sic accipi vo-
 lo, non tanquam adsecutum esse me credā, sed tā-
 quam adsequi laborauerim, fortasse non frustra, si
 nō tu curam tuam admoueris interi istis, mox iis
 quæsequūtur. Dices te nō posse satis diligēter id fa-
 cere, nū prius totam actionē cognoueris, fateor, i
 presentia tamen & ista tib⁹ familiariora fient, & q-
 dam ex his talia erunt, vt per partes emēdarī pos-
 sint. Etenim si auulsum statue caput, aut mēbrum
 aliquod inspicres, nō tu quidem ex illo posses co-
 gruentiam equalitatemq; deprehēdere. posses ta-
 mē idicare, an id ipsum satis elegans esset. Nec alia
 ex cauffa pricipiorū libri cīr cunferuntur, quā quia
 existimatur pars aliqua etiam sine cætris esse pfo-
 cta. Lōgius me prouexit dulcedo quædā tecum lo-
 quendi. Sed iam finem faciam, ne modū, quē etiā
 orationi adhibendū puto ī epistola excedā. Vale.
C. PLINIUS SAVITOS VOSAL

Ongum ē altius repētere, nec refert, quem
 admodum acciderit, vt homo minime fa-
 miliaris, cœnarem apud quendam, vt sibi
 videbatur, lautum et diligentem, vt mihi sordidū
 simul, & sumptuo sum, nā sibi et paucis opima qua-

dam, cæteris vilia, & minuta ponebat. Vinum etiā paruulis lagunculis in tria genera descripsérat, nō ut potestas eligēdi, sed ne ius esset regulādi. Et aliud sibi, & nobis, aliud minorib⁹ amicis. (nā grada tī amicos habet), aliud suis, nostrisq; libertis. Aiad uerit, qui mīchi proximus recūbebat, & an proba rem. interrogauit. negaui. tu ergo inquit, quam cō suetudinem sequeris? Eadem oībus pono, ad cō nam enim, non ad notam inuitō, cūtisq; reb⁹ ex æquo, quos mēsa, & toro æquaui. Etiā ne libertos? ēt, conuictores enim tunc, nō libertos puto. Ille magno tibi cōstat? Mīme. Quifieri potest? Quia scilicet liberti mei nō idē, quod ego bibūt, sed idē ego, quod liberti. Et hercule, si gula tēperes, nō est/one rosum, quo vtaris ipse, communicare cū plurib⁹. illa ergo reprimēda, illa quasi i or dinē redigēda est, si sumptibus parcas, quibus aliquāto rectius tua cō tinentia, quam aliē a contumeli aconsulas. Quorsū hæc: ne tibi optimae indolis inueni quorundā im mensa luxuria spec, ē frugalitatis īponat Conuenit autē amor i te meo, quoties tale aliquid icidē rit, sub exēplo præmonere, qd debeas fugere. Igitur memēto, nihil magis esse vitādu, q istā luxuriā, & sordiū nouam societatē, qnæ cum sint turpissima, discreta ac separata, turpius iunguntur. Vale.

CPLINI VSMACRINOS YOSA L.

H Eri a senatu vestritio, purissimæ, principe auctore triūphalis statua decreta est, non ita, vt multis, qui nunquam in acie steterunt,

numquam castra viderunt, numquam deniq; tubas
rum sonū, nisi in spectaculis audierunt, verum, ut
illis, qui de cōstud sudore, et sanguine, & factis asse-
quebātur. Nam Spurinna Bructerum regem vi, &
armis induxit in regnū, ostentato; bello, ferocissi-
mam gētem, quod est pulcherrimū victorie gen^o,
terrore perdomuit. & hoc quidē virtutis præmiū.
Illud solatiū doloris accepit, quod illo ei^o, Cottio,
quem amisit absens, habitus ē Honor statuæ. ratū
s^d iuuene, s^z pater hoc quoq; merebatur, cui^o gra-
uissimo vulneri magno aliquo fomento medendū
fuit P^rætere a Cottius ipse tā clarum specimen in-
dolis dederat, vt vita ei^o breuis, & angusta debue-
rit hac, veluti immortalitate proferri. Nā tanta ei
sanctitas, grauitas, autoritas etiā, vt posset senes il-
los prouocare virtute, quib^z nunc honore adæqua-
tus est. Quo quidem honore, quātū ego interpres-
tor, nō modo defuncti memoriae dolori p̄fis, verū
etiam exemplo p̄spectum est, acuent ad bonas ar-
teis iuuentutē, adulescentibus quoq; (digni sint mo-
do) tāta præmia constituta, acuent principes viros
ad liberos suscipiendos, & gaudia ex supersticib^z.
et ex amissis tam gloria scatia. His ex cauissis sta-
tus Cottii publice laetor, nec priuatim min^o. Amaui
consumatissimum iuuenum tam ardenter, q; nunc
impatiēter requiro. Erit ergo pergratum mihi hāc
effigiē eius subinde intueri, subinde respicere, sub-
hac colister, p̄pter hāc commeare. Etenim si de-
fuctor im imágines domi positæ dolorē nostrum
leuāt, quanto magis eæ quibus in celeberrimo loca

non modo species, et multus illorum, sed honor
etiam, & gloria refertur. Vale.

C. PLINITS CANINO SVO SAL.

Tudes? an piscaris? an venaris? an simul
omnia? possunt enim omnia simul fieri ad
Larium nostrum, nam lac⁹ piscem, feras
syluae, quibus lacus cingitur studia altissim⁹ iste se-
cessus ad fatū suggestū. Sed siue omnia simul, siue
aliquid facias, non possum dicere. In video, angor ta-
men non & mihi licere, quae fīc cōcupisco, ut ægrū
uinum, balinea, fonteis. Nūquā ne hos arctissimos
laqueos, si soluere negatur, abrumpā! nunquā pu-
go. Nā in veteribus negotijs noua ad crescunt, nec
tamen priora peragūtur, tot nexibus, tot quasi cas-
tenis matus in dies occupationum agmē extendit
sur. Vale.

C. PL. APOLLINARI SVO SAL.

Nxiūm me, & iquietum! habet petitio Sex-
ti Eruti mei, adficio cura, & quam pro me
solicitudinem non adii, quaii pro me alte-
ro patior, & alioqui in eus pudor, mea existimatio,
mea dignitas in discrimen adducitur. Ego Sexto
latū clauum a Cæsare nostro, ego quæsturam impe-
travi, meo suffragio puerit ad ius tribunatus petē-
di, quē nisi optinet in senatu, vereor decepisse Cæ-
sarem videar. Proinde admittū est mihi ut talē
eum iudicent omnes, qualē esse princeps mihi cre-
dait, quæ causa, si studiū meum non incitaret, ad

int̄ tuū tamen cuperem iuuuenem probissimū, grauis
simū, eruditissimū, omni deniq; laude dignissimū,
et quidem cum tota domo. Nam pater ei⁹ Erut⁹,
clarusvir, sanct⁹, antiquius desertus, atq; in agēdis
caulis exercitus, quas summa fide, pari costatia, nec
verecundia minore defendit. habet auunculū. C.
Septiciū, quo nihil verius, nihil simplicius, nihil cā-
didius, nihil fidelius noui. Omnes me certati, & ta-
men æqualiter amant, omnibus nunc ego i vno re-
erre gratiam possū. Itaq; prēdo amicos, supplico,
ambio domos, statōesq; circum eo, quantūq; vel au-
toritate, vel gratiavaleā, precibus experior. Te q;
obsecro, vt aliquam oneris mei partem sucipere
tati putes. Redda mī vicem, si reposces, reddā, & si
nō reposces, Diligeris, coleris, frequētaris. Ostende
mōvelle te, nec dcerunt, qui, quod tu velis, cupiat.
Vale.

C. PLINIUS OCTAVIOS VOS AL.

Ominem te patientem, vel potius durū, ac
h pene crudele, qui tam in signes libros tan-
diu teneas. Quousq; & tibi, & nobis iuide-
bis, tibi maxīmā laudē, nobis voluptatē. Sine per-
ora hominū ferantur, sis deniq; quibus lingua Ro-
mana spatiis peruagētur. Magna etiā, longa expe-
ctatio est quā frustrari ad huc, & differre non des-
bes. Enotuerunt quādā tui versus, & inuitō te clau-
strata refegerunt, hos nisi retrahes in corp⁹ quā-
doq; vt errores, aliquem, cuius dicantur, inueniēt.
Habēate oculos mortalitatē, a qua adserere te hoc

vno motimento potes. Nam cætera, fragilia, & ca-
duca nō minus, quam ipsi hoies, occidūt, desinūtq;
vices, vt soles, amici mei viderint. opto equidē ami-
coe tibi tā fideles, tam eruditos, tam laboriosos, vt
tantum curæ, intentionis q; suscipere & possint, &
velint. Sed dispice, nesit parū prouidum, sperare
ex aliis, quod tibi ipse nō præstes. Et de editiōe qui
dē interim, vt voles, recita saltem, quo magis libe-
at emittere, vtq; tādē percipias gaudiū, quod ego
olim pro te non temere præsumo. Imaginor enīq;
concurrus, quæ admiratio te, q; clamor, quod etiā
filētiū maneat, quo ego, cū dico, vel recito, nō mi-
nus, quam clamore, delector. Sit modo filētiū acre
& int̄atum, & cupidum vltiora audiēdi. Hoc fru-
ctu tāto, tā parato desine studia tua infinita ista, cū
ctatione/fraudare, quæcum/modū excedit, verē-
dum est, ne inertiae, & desidiae, vel etiā timiditatis
nomen accipiat. Vale.

CPLARRIANOSVOSAL.

Olet esse gaudio tibi, siquid actum est in se-
natū dignum ordine illo, quanuis enī que-
tis amore se cesseris, insidet tamē aio tuo
maiestatis publicæ cura. Aceipe ergo, qđ p hos di-
es actū est personæ claritate famosum, leueritatem
exemplis salubre, rei magnitudine æternū. Marius
Priscus accusantibus Afris, qbus pro consul p̄fuit,
amissa defensiōe iudices petit. Ego, & Cornelius Ta-
citus adesse prouincialibus iussi, existimauim⁹ fidei
noſti, ac conuenire, notū senauii facere, excessisse pris-

scum immanitate, & scœnitia criminis, quib' dari iudices possent, cū ob innocentieis cōdemnādos, interficiēdos etiā pecunias accepisset, respōdit Eroto Caius, deprecatusq' est, nequid vltra repetundarū legem quereretur, omniaq' aetiōis suæ vela vir mos uendarum lachrymarū peritissimus, quodam veslumento miserationis, impleuit Magna contētio. Magni vtricq' clamores, alijs cognitionē senatus legē coclusam, alijs liberā solutamq' dicētibus, quantumq' admissis est reus, tātum vindicandū. Nouissime consul designat⁹ Iulius Ferox, vir rect⁹ et sanctus, Mario quidē iudices interim ceusuit dandos euocandos autē, quibus diceretur innocentium pœnas vendidisse, quæsententia non preualuit modo, sed omnino post tantas dissensiones fuit sola frequens, adnotumq' experimentis, quod a fauor, & misericordia acreis, & vehementiis primos impetus habent, paulatim consilio & ratione, quæ si restincta considunt. Vnde euenit, vt quod multi clamore permixto tuētur, nemo taentiosus ceteris dicere velit. patescit enim cum separaris a turba, contemplatio rerū, quæ turba teguntur. Venerūt qui adesse erant iussi Vitelius Honoratus, & Elautus Martian⁹, ex quibus Honoratus trecentis millibus exiliū equitus Romanis, septemq' amicorū eius ultimam pœnā, Martianus vnius equitis Romanī septigētis millib⁹, plura supplicia arguebatur emis se, erat enim fascib⁹ cæsus damnatus i metallum, stragulatus i carcere, sed Honorati cognitioni senatus mors opportuna subtraxit, Martian⁹ intro-

ductus est absente prisco. Itaq; Tutilius Cerealis con-
sularis iure senatorio postulauit. vt priscus certior
ficeret, siue quia miserabiliorem, siue quia iuidioslo-
rem fore arbitrabatur, si praes fuisse, siue (quod
maxime credo) quia aequissimū erat, cōiuncte crī-
men ab utroq; defendi & si dilui nō potuisset, ina-
utroq; puniri Dilata res est in proximū senatu. cui
sus ipse conspectus augustinissimus fuit, princeps prae-
sidebat (erat enim consul) ad hoc Ianuarius mēsis cū
caetera tum precipue senatorum frequētia celebet
rim. præterea caussæ amplitudo, aucta qdilatiōe
expectatio, & fama, insitumq; mortalibus studiū
magna, & inusitata noscēdi, omneis vndiq; excue-
sat. Imaginare quæ sollicitudo nobis, qui metr, qui
bus super tanta re, in illo cœtu, præfete Cæsare, dī-
cendum erat Evidēti in senatu nō se mel egi, qui
Immo nūq; audiri benignius soleo, tunc me tamē
vt noua omnia, nouo metu permouebāt. Obuersa-
batur præter illa, qd supra dixi, caussæ difficultas, sta-
bat modo consularis: modo septemuir Epulonū.
Nam neutrum. Erat igitur per quam onerosū accu-
sare damnatū, quem vt premebat atrocitas crimi-
nis ita quasi peractæ damnationis miseratio tueba-
tui, vt cunq; tamen animū, cogitationēq; collegi
coepi dicere non minore audientiū assensu, quam
sollicitudine mea. Dixi horis pene quicq; Nam xii.
clepsydris, quas spatiōsissimas acceperā, sūt additæ
quatuor. Adeo illa ipa, quæ dura, et aduersa dictu-
ro videbantur, secunda dicent, fuerunt. Cæsar qui
de mihi tñ studium, tantam etiam curam (nimis

est enim dicere solicitudinem) præstitit, ut libertum
meū post me stante, saepius admoneret, voci, lateri
q; consuleret, cū me vehementius putaret intendi, q;
gracilitas mea ppeti posset. Respōdit mihi p Mat-
tiano Claudius Narcellinus. Missus deinde senatus,
& reuocatus in posterum, neq; enim iam inchoari
poterat actio, nisi noctis interiuētu scideretur. Poste-
ro dixit pro Mario Salutius Liberalis, vir subtilis, dī
spositus, acer, disertus, i illa vero cauſa omnibus ar-
teis suas protulit. Respondit Cornelius Tacitus elo-
quentissime, & qd eximiū orationi inest. σεμνωσ
Dixit pro Mario rursus Frōto Catius isigniter, vt q;
iā locus ille poscebat, plus i precib; temporis, quam
in defensione consūpsit, hui^o, actionem vespere in-
clusit, non tñ sic, vt abrūperet. Itaq; in tertium diē
probationes exierunt. Iam hoc ipsum pulchrum,
& antiquum senatum nocte dimitti, triduo vocari.
triduo cōtineri. Cornutus Tertulus cōsul designat^o,
vir egregius, & proveritate firmissimus, cōsul se-
ptingenta millia, quæ acceperat Marius, ærario in-
ferenda, Mario yrbe, italiq; iter dicēdū. Martiano
hoc amplius, Africa. In fine sententiae adiecit, quod
ego, & Tacitus iniuncta aduocatione diligēter for-
titerq; functi esse mus, arbitrari senatum, ita nos fe-
cisse, vt dignū mādatis partibus fuerit. Asserunt
cōsules designati, omnes etiā cōsulares usq; ue ad
Pompeium collegam, ille & septingenta milia, quæ
acceperat Marius, ærario inferēda, & Martianum i
quīnquennium relegandum. Marium repetunda
rum poenę, quam iam passus esset, censuit reliquę

dum. Erant in utraque sententia multi, fortasse etiam
plures in hac vel solutiore, vel molliore. Nam qui-
dam ex illis quoque, qui cornuto videbantur assensi,
hunc, qui post ipsos cœsuerat, sequebantur. Sed cum
fieret discessio, qui sellis consulū astiterant, in Cor-
nuti sententiam ire cœperunt. Tum illi, qui se colle-
gæ ad numerari patiebantur, indiuersū transierunt.
collega cum paucis relictus Multum postea de im-
pulloribus suis, præcipue de regulo questus est, qui
se in sententia, quam ipse dictauerat, deseruisset.
Est alioqui Regulo tam mobile ingenium, ut plus
rimum audeat, plurimum timeat. Hic finis cogni-
tionis amplissimæ superest tamē Λειτουργον
leue Hostilius Firmius legat⁹ Marii Prisci, qui per
missus causæ, grauiter vehementerque vexatus ē. Nā
& rationibus Martiani, & sermone, quem ille ha-
buerat in ordine Leptitanorum, operam suam Pri-
scō ad turpissimum ministerium cōmodasse, stipula-
tusque de Martiano quinquaginta millia denariorū
probatur, ipse præterea accepisse sestertia decem-
millia sœdissimo quidē titulo, nomine vnguentarii,
qui titulus avita hominis comptis per, & pumi-
cati, non abhorrebat. Placuit censente Cornuto re-
ferri de eo proximo senatu, tunc ei, casu, an cōsciētia,
absuerat. Habet res urbanas, iuicē rusticas scribe
quid arbusculæ tuæ, quid vñæ, quid segetes agūt.
quid oues delicatissime. In summa, nisi æque longa-

gam epistolam reddis, non est.
quod postea, nisi breuissimā
expectes. Vale.

¶ **S**TUPRIOY Illud, quod superesse Marii Prisci
causæ proxime scripseram, nescio an satis
circuncisum tamen, et adrasum est. Firmi
nus inductus in senatum. Respondit criminis noto
secutæ sunt diuersæ sententiæ consulum designato
rum. Cornutus Tertulus censuit ordine mouendū
acutius Nerua, in sortitione prouinciae rationē eius
non habēdam, quæ sententia tanquā initior, vicit,
cum sit alioqui durior, tristiorq;. Quid enim milie
rius, quam exactum, & exemptum honoribus se
natoriis, labore, & molestia nō carere? Quid grauit
us, quam tanta ignominia affectum, non in solitu
dine laterc: sed in hac altissima specula cōspicidū
se, monstrandūq; præberet? Preterea quid publice
minus aut congruens, aut decorū, notatū a senatu
in senatu sedere, ipsiſq; illis, a quib⁹ sit notat⁹, equa
rit sumotum a proconsulatu, quia se i legatione tur
piter gesserat, de procōsulibus iudicare dānatūq;
sordū, vel dānare alios, vel absoluere, sed hoc plu
ribus visum ē. Numerantur eis sententiæ, non pon
derantur, nec aliud in publico consilio potest fieri, i
quo nihil est tam inæquale, quā æqualitas ipsa. Nā
cum sit impar prudentia, par omniū ius est. Imple
ui promissum, priorisq; epistolæ fidē exolui, quam
ex spatio tēporis iam recepisse te colligo. Nam& fe
stinanti, & diligenti tabellario dedi, nisi quid impe
dimenti invia passus est. Tu ænunc partes, vt pri
mū illam, deinde hanc remunereris literis «quales»

Hinc redire uberrime possunt. Vale.

C.PLI.PRISCO SVO SAL.

Tu occasiones obligādī me auidissime am
e pleteris,& ego nemini libēti⁹ debo.dua z
bus ergo de caussis a te potissimum petere
cōstitui , quod ipetratū maxie cupio.Regis exerci
tum amplissimum,hunc tibi bene fiorū larga ma
teria, longū prætereatē⁹, quo amicos tuos exor
nare potuisti.Conuertere ad nostros.nec hos mul
tos,Malles tu quidē multos, sed meæ verecundiæ
sufficit vñus, aut alter, ac poti⁹ vñ⁹.I s erit voconi⁹.
Romanus,pater Plinii in equestri gradu,clar⁹,Cla
riori vñtric⁹,immo pater alius Nā,hui⁹ quoq³ nomi
ne & pietate succelsit mater.E primis i speci citerio
ris Hilpaniae.Icis quod iudicium prouinciae illi⁹, scis
quanta sit grauitas,flamen proxime fuit.hūc ego
cū simul studeremus,arcte,familiariterq³ dilexi.Ill
le meus in vrbe, ille⁹ in secessu cōtubernalis .Cū hoc
seria,cum hoc iocos miscui.Q uid enī aut illo fide
lius amico,aut sodale iucundius,mira i sermone,
mira etiam in ore ipso, vultuq³ suauitas.Ad hoc i
genium excelsum,subtile,dulce,facile,eruditum
caussis agendis.Epistolas quidem scribit,vt musas
ipsas latine loqui credas.Amatur a me plurimum
nec tamen vincitur.Equidem iuuenis statī iuueni
quantum potui per æratē , auidissime cōtuli,& nu
per ab optimo principe trium liberorum ei ius ipe
travi,quod quanquam parce,et cū delectu daret ,
michi tñ tanquam eligeret,indulxit .Hæc benc ficia

mea tueri nullo mō melius, quam vt augeam, possum, præsertim cum ipse illa tam grata interpreetur, vt dū priora accipit, posteriora mereatur. Has bes qualis, quam probatus caruisq; sit nobis. Quē rogo pro ingenio, pro fortuna tua exornes. In prīmis aīna hominem. Nam licet tribuā sei, quantū amplissimū potes, nihil tamen amplius potes amicitia tua: cuius esse enīvq; in intimā familiaritatē capacē, quo magis scires, breuiter tibi studia, mores, omnē deniq; vitā eius expressi. Extenderē pretes, nisi & tu rogari diu nolles, & ego tota hac epistola fecisse, Rogat enim et quidē efficacissime, qui reddit caussas rogandi. Vale.

C. PLI. MAXIMO SVO SAL.

Erum opinaris, disstringor centumuiralib⁹
 u caussis, quæ me exercent magis, quā delectant. Sunt enim pleræq; paruae, & exiles. Raro icidit, vel personarū claritate, vel negotii magnitudine insignis, ad hoc perpauci, cum quibus iurat dicere. cæteri audaces, atq; etiā magna ex parte adulescētuli obscuri ad declamādū huc trāseūt, tam irreuerenter, & temere, vt mihi Atilius noster expresse dixisse videatur, sic in fōro pueras a cētū uirallibus caussis auspicari, vt ab Homero in scholis, nam hic quoq; vt illic pri mū coepit esse, quod maximū est. At hercule, āte memoriam meā, maiores natu ita solebat dicere ne nobilissimis qdē adulescēti b⁹ loc⁹ erat, nisi aliquo cōsulari producēte, tantave neratione pulcherrimū opus celebratur. Nuncres-

fractis pudoris, & reverentiae claustris, omissa pa-
 tent omnibus Nec inducuntur, sed irrupti. sequen-
 tur auditores actoribus similes. conducti, & redē-
 pti mancipes, conuenitur a conductis, & redēptis
 in media Basilica, vbi tam palā sportulæ, quā in tri-
 clinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede
 trāsfitur. Inde iā non inurbane σοφοκλησ. vocā-
 tur, ἀπότου σοφοσ, κεκαλεισθαι, iisdem
 latinū nomen impositū est laudicōni. & tñ crescit
 in dies fœditas vtraq̄ lingua notata Heri duo no-
 menclatores mei, (habet sane ætatem eoz, qui nu-
 per togas sūpererū) ternis denariis ad laudā dū tra-
 hebātur. tanti cōstat, vt sis disertissim⁹. Hoc pretio
 quālibet numerosa subsellia implētur, hoc igēs co-
 rona colligitur, hoc iſiniti clamores cōmouētur, cū

μετοιχοσ dedit signū op⁹ est ei signo apud nō
 intelligēteis, ne audienteis quidē, nā pleriq̄ nō au-
 diūt, nec vlli magis laudant. Si qñ trāsibis p̄ Basilicā
 & voles scire, quo mō quisq; dicat, nihil est, qđ tribu-
 nal ascēdas, nihil qđ præbeas aurē. facilis diuinatio
 Scito eū pessime dicere, q̄ laudabitur maxime. Pri-
 mus hunc audiendi morē induxit Larc⁹ Licinius
 haec tenus tamē, vt auditores conrogaret. Ita certe
 ex Quītiliano præceptore meo audisse memini,
 narrabat ille. Aspectabat Domitiū Afrū, cum apud
 centumuiros diceret grauiter, & lente (hoc enī illi
 actionis genus erat audiit ex proximo immodiū,
 insolitumq; clamorē, admiratus, reticuit, vbi silen-
 tium factum est, repetit, quod abruperat. Iterū cla-

mor, iterū reticuit & post silētiū cœpit idē tertio, nouissime quis diceret, quæsiuit, responsum est, Li-
cinius. Tū intermissa caussa centumuiri, iquit, hoc
artificium periit, quod alioqui perire incipiebat, cū
perisse Af. o videretur Nūc vero prope fundit⁹ ex-
tinctum, & auersū est. Pudet referre, quæ quā fra-
cta protuntiatione dicantur, quibus, quam tene-
ris clamoribus excipientur, plausus tantum, ac po-
tius sola cymbala, et tympana illis, cāticis desūt, vlu-
lat⁹ quidem (neque enim alio vocabulo potest ex-
primi,) theatris quoq; indecora laudatio large su-
persunt. Nostamen adhuc, & utilitas amicorum,
& ratio etatis moratur, ac retinet. Veremur enim
ne forte non has indignitates reliquisse, sed labore
fugisse videamur. Sumus tamen solito rariores.
quod initium est gradatim desinendi. Vale.

C. PLINI. VALERIO SVO SAL.

15

Vo modo te veteres Marsi tui. Quo modo
emptio nouas placent agri, post, quā tui fa-
ctilūt. Rarum id quidem nihil enim æque
gratū est adeptis, quam concupiscentibus, me præ-
dia materna parum commode tractant, delectant
tamen, vt materna, alioqui longo patientia obcal-
iui. Habent hunc finem assidue querulæ, quod pu-
det. Vale.

C. PLI. ANNIO SVO SAL.

V quidem procætera tua diligentia, admo-
nes me, codicillos Aciliani, qui me ex parte

istituit hæredē, pro non scriptis habendos, quia nō
sint confirmatit testamento, quod ius ne mihi qdē
ignotum est, cū sit iis etiam notum, quin nichil aliud
sciunt, sed ego propriā quādam legem mihi dixi,
vt defūctorum voluntates, etiam siūre deficerēt,
quasi perfectas tuerer. Cōstat autem codicillo
istos A ciliani māu scriptos. Licit ergo nō sint cōfir
mati testamēto, a me tamē, vt cōfirmatio obseruabū
tur. Presertim cum delatori locus non sit. Nā si ve
rendum esset, ne, quod ego dedisse, populus erip
pet, cūctatior fortasse, & cautior eē debere m. Cum
vero licet hæredi donare, quod in haereditate subā
sedit, nichil est, quod obstat illi meā legi, cui publis
cæ leges non repugnant. Vale.

C.PLIGALLOSVOVS AL

Iraris, cur me Laurentinum, vel (si ita māz
m uis) Laurēns meū tantopere delectet, desi
nes mirari, cu m cognoueris gratiam villæ,
opportunitatē loci, litoris spatiū. Decem & septē
millibus passuum ab urbe secessit, vt peractis, que
agenda fuerint, saluio iam & cōposito die, possis ibi
manere. A ditur non vnavia, nam & Laurentina,
& ostiensis eodem serunt, sed Laurentina a quarto
decimo lapide. Ostiensis ab undecimo relinquēda ē.
Vtrinq; excipit iter, aliqua ex parte arenosum vīn
ctis paulo graui & longius, equor brcue, & molle
Varia hinc, atq; inde facies, nam modo occurrenti
b²syluis via co arctatur, modo latissimis pratis di
funditur, & patescit. Multi greges ouiū, multa ib
d iii.

equoꝝ, boumꝝ arméta, que montibus hyeme de
pulsa, herbis, & teþore verno nitescunt. vt illa vſic
bus capax, nō sumptuosa tutela. Cuius i prima par
te atriu frigi, nec tamen fôrdidum, deinde portic⁹
in Olittore similitudinē circumactæ, quibus paruu
la, sed festiva area includitur, egregium hæc aduet
sum tempestates receptaculū, nam specularibus, ac
multo magis imminētibus tectis muniūtur. Est cō
tra medias cauædiū hilare, mox tricliniū satis pul
chri, quod in litus excurrit, ac si quādo A frico ma
re impulsum est, fractis iam, & nouissimis fluctib⁹
leuiter adluitur. Vndiq̄ valuas, aut fenestras nō mi
tores valuis habet, atq; a laterib⁹, a frōte quasi tria
maria prospectat. A tergo cauædiū, porticū, are
am, porticum rursus, mox atrium, syluas, & lōg in
quos respicit móteis huius a leua retractus paulo,
cubiculum est amplum. Deinde aliud minus, quod
altera fenestra admittit orientem, occidentē altera
retinet. Hæc & subiacens mare longius quidē, sed
securius ituetur. Huius cubiculi, & triclinii illius ob
iectu includitur angulus, qui purissimum solē con
tinet, & accedit, hoc hybernaculū, hoc etiam Gym
nasium meorū est. ibi omnes silent venti, exceptis,
qui nubilū inducunt, & serenum ante, quamvsum
loci eripiunt. Adnectitur angulo cubiculū in apsi
da curuatum, quod ambitum soli s fenestris oībus
sequitur. Parieti eius ibi theca speciem armari
um insertū est, quod non legendos libros, sed lect
tandos capit, adhæret dormitiorum membrū tran
situ iteracente, qui suspensus, & tabulatus cōceptū

vaporē salubrī temperamento huc illuc digerit, &
ministrat. Reliqua pars lateris huius seruorum, li-
bertorū nūq; vībus detinetur, plerisq; tā mundis, ut
accipere hospites possint. Ex alio latere cubiculū ē
politissimum, deinde vel cubiculum grāde, vel mo-
dica cænatio, quæ plurio sole, plurimo mari lucet.
Post hāc cubiculum cum procætone, altitudie æsti-
uum, munimentis hybernum. Est enim subductū
omnibus ventis, huic cubiculo aliud, & procætō eō
muni pariete iunguntur. in balineicella frigidaria
spaciosa, & effusa, cuius i cōtrariis parietibus duo
baptisteria velut electa sinuantur, abūde capacia,
si innare in proximo cogites. Adiacet vñctorū hy-
pocaustō, adiacet prō pñigeō balinei. Mox duæ cel-
læ magis elegātes, quā su mptuosæ, colixeret calida
piscina mirifice, ex qua natātes mare aspiciūt. Nec
procul sphaeristerium, quod calidissimio soli, iclina-
to iam die, occurrit, hic turris erigitur, sub qua dñe
tæ duæ, totidem in ipsa. Præterea cænatio, quæ la-
tissimū mare, longissimum litus, amoenissimas vil-
las prospicit. Est & alia turris, in hac cubiculū, in
quo sol nascitur, condit urq; late post, apotheca, &
horreū. Sub hoc tricliniū, qd turbati maris non nisi
fragorem, & sonum patitur, eumq; iam languidū,
ac desinētem hortum, & gestationē videt, qua hor-
tus icluditur, gestatio buxo, aut rōremario, vbi de-
ficit buxus, ambitur. Nam bux?, qua parte defēdit
tur tectis, abundevit et, aperto cælo, apertoq; vēto.
& quanquā longinqua aspergine maris, inarescit.
Adiacet gestationi interiore circuitu vīca tenera, &
d iii.

& vmbrofa, nudisq; etiam pedibus mollis & cedēs
Hortum morus & ficus frequens vestit, quarū arbo-
rum illa vel maxime ferax ē terra, malignior cāe-
ris, hac nō deteriore, q; maris facie cōenatio remota
a mari fruitur Cingitur diaetis duab^a a tergo, qua^{re}
fenestrī subiacet vestibulū villæ, & hortus alius,
pinguis, & rusticus. Hinc cryptoportic⁹ prope pu-
blici operis instar extēditur. Vtrīq; fenestræ, a ma-
ri plures, ab horto singulæ, et alti⁹ pauciores. Hæ
cum serenus dies, & immot⁹, omnes, cum hic, vel
inde ventus inquietus, qua vēti quiescūt, sine iniua-
ria patēt, ante cryptoporticū xylostus violis odora-
tus, tempore solis infus repercussu i cryptoporticus au-
get, quæ vt tenet sole, sic aquilonem inhibet, sub-
mouetq; quantūque caloris ante, tantū retro frigo-
ris, similiter Aficū s̄sistit, atq; ita diuersissimos ven-
tos alium alio a latere frāgit, & finit. Hec iucundi-
tas eius hyeme, maior æstate. Nā ante meridiē xy-
lum, post meridiē gestatiōes, horti q; pximā par-
tem vmbra sua tēperat, quæ, vt dies creuit, decre-
uitq; modo breuior, mō lōgior, hac, vel illac cadit,
Ipſa vero cryptoporticus tūc maxime caret sole, cū
ardētissimus culmini eius iſſit. Ad hoc patētibus
fenestrī fauonios acc pit, transmittitq; nec vñquā
acre pigro, & nianente ingranescit. In capite xyli
deinceps cryptoportic⁹, horti diaeta est, amores mei
revera amores. ipſe posui. In hac heliocaminus q;
dem, alia xylo, alia mare, vtraq; solem, cubiculū
autem naluis, cryptoporticū fenestra perspicit, qua
mare contra parietem medium diaeta perquam.

eleganter recedit que specularib⁹, & velis obdu-
ctis, reductis ve modo adiicitur cubiculo, mō aufer-
tur. lectum, & duas cathedras capit, a pedib⁹ mare,
a tergovillæ, a capite syluæ, tot facies locorū totidē
fenestris, & distinguit, & miscet. Iunctum est cubic-
culum noctis, & somni, nō illud voces seruolorum
non maris murmur, non tēpestatum motus, nō ful-
gitū lumen, ac ne diē quidem sentit, nisi fenestris
apertis. Tā alti, abditiq; secreti, illa ratio, quod iter
iacēs andron parietem cubiculi, hortiq; distinguit.
Atq; ita omnem sonum media inanitate cōsumit.
applicatum est cubiculo Hypocaustū perexiguum,
quod angusta fenestra suppositū calorem, vt ratio
exigit, aut effundit, aut retinet. Procōtō ide, & cu-
biculū porrigitur ī solē, quē orientem statim exce-
ptum, vltra meridiem, obliquū quidem, sed tamē
seruat. In hāc ego diātā cum me recipio, abesse mi-
hi etiā a villa mea videor. Magnamq; eius volupta-
te ecce præcipue saturnalib⁹ capio, cū reliqua pars
tecti licentia dierum, festisq; clamoribus personat.
nā nec ī pē meorum lusibus, nec illi studiis meis ob-
strepūt. Haec vtilitas, haec amoenitas deficitur aqua
saliēti, sed puteos, ac potius fonteis habet. sunt eīn
in summo & omnino litoris illi⁹ mira natura, quo-
cunq; loco moueris humū, obuius, & paratus hu-
mor occurrit, isq; sincerus, ac ne leuiter quidē tāta
maris vicinitate cōrruptus. Suggerūt affatim ligna
proximæ syluæ, ceteras copias Ostiensis colonia mi-
nistra, frugi quidem homini sufficit etiā vicus, quē
vna villa discernit. In hoc balnea meritoria tria

Magna cōmoditas, si forte balineū domi, vel subi-
tus aduētus, vel breuior mora calefacere dissuade-
at. Litus, ornāt varietate grauissima, nūc, cōtinua,
nunc intermissa testa villarum, que præstant mul-
tarum vrbī faciem, siue ipso mari, siue ipso litore
vtare, quod nonnunquam longa trāquillitas mol-
lit, s̄epius frequens & contrarius fluctus induitat.
Mare nō sane pretiosis piscibus abundat. soleas ta-
mē, & squillas optimas egerit. Villa vero nostra eti-
am mediterraneas copias præstat, lac i primis, Nā
illuc e pascuis pecora conueniunt, si quando aquā
vmboram velectantur. Iustis ne decausis eū tibi vi-
deor icolere, inhabitare, diligere secessū, quē tu ni-
mis vrbanus es, nisi concupiscis, atq̄y tinam cōcupi-
scas. vt tot, tantisq; dotibus villulæ nostræ maxima
commendatio ex tuo contubernio accedat. Vale,

CPL MVR CIO SVOS AL.

Vid a te iucundius mihi potuit fñiūgi, quā
q. vt præceptorem frātris tui liberis quærere
rem. Nā beneficio tuo in scholam redeo.
Et illā dulcissimam ætatem quasi resumo. Sedeo i-
ter vt iuuenes, vt solebā. Atq; etiā experior quātū
apud illos auctoratis ex studiis habeā. Nam pxz-
me frequenti auditorio iter se coram multi ordinis
nostrī clare iocabantur, intraui, conticuerūt Q uod
non referrem, nisi ad illorum magis laudē, quā ad
meā pertineret, ac nisi sperare te vellē, posse frātris
tui filios prohe discere. Q uod supereft, cū omnes
qui profitentur, audiero, quid de quoq; sentiā, scr.

bam, efficiāq; quantū tamen epistola cōsequi poterō, vt ipse omnes audisse videaris. Debeo enī tibi, debeo memorie frātris tui hanc fidem, hoc studiū p̄fserit super tanta re. Nā quid magis interest vestrā, qua vt liberi, dicerem tui, nisi nuncillos magis amares digni illo patre, te patruo reperiātur, quā curam mihi etiam si non mandasses, v̄dicassē. Nec ignoro suscipienda s offensas i eligendo p̄ceptore. Sed oportet me non modo offensas, veꝝ ēt simul tates pro frātris tui filiis tam equo animo subire, quam parentes pro suis. vale.

C.P.L.CER E A L I S V O S A L.

Ortaris, vt orationem amicis pluribus recitātem, faciam, quia hortatis quamuis vehe-
menter addubitem, neq; enī me praterit, actiones, quæ recitātur, i petum omnēm calorēq;, ac prope nomen suum perdere, vt quas soleant cō-
mēdare simul, & accendere iudicium consell⁹, cele-
britas aduocatōꝝ, expectatio, euētus, fama nō vni-
us actoris, diductumq; in partes audientiū studiū,
ad hoc, dicentis gestus, incessus, discursus etiā, om̄i-
busq; motibus animi, cōstaneus vigor corporis, vnde
accidit, vt hi, qui sedentes agunt, quāuis illis ma-
xima ex parte supersint, eadē illa, quæ stātibus, tam
mē hoc, quod sedēt, quasi debilitentur, & deprimā-
tur. Recitatūm vero, p̄cipua p̄nunciationis ad-
iumenta oculi manus p̄peditūt ur quomin⁹ mirū
est, si auditorū intētione lāguescit, nullis extrisec⁹
at blādīmētis capta, at aculeis excitata, his accedit
q; oratio de qualoquor pugnax, & contentioſa est.

porro ita natura cōparatum est, ut ea, quæ scripsis
mus cū labore etiam cum labore audiri putemus.
Et sane quotusquisq; tā rectus auditor, quē non po-
tius dulcia hæc & sonantia, quā austera et pressa
delectat? Est quidē omnino turpis ista discordia, ē
tamē quæ plerūq; evenit, ut aliud auditores, aliud
iudices existimēt, cū alicui p̄cipue auditor adfici
debeat, quibus idē si foret iudex, maxime p̄moue-
tur, potest tamē fieri, vt q̄q; i his difficultatibus li-
bro isti nouitas lenocinetur, nouitas apud nostros,
apud grecos enī est quiddam, quāuis ex diuerso,
nō tamē omnino diffīmile. Nam vt illis erat moris
leges, quas vt cōtrarias priorib; legib; arguebāt
aliarū collocatione cōuicere, sit a nobis inesse repe-
tundarū legi quod postularemus, cū hac ipsa lege,
tū aliis colligendū fuit, quod nequaquā blandum
auribus īperitorū, tāto maiorem apud doctos ha-
bere gratiam debet, quāto minorē apud indoctos
habet. Nos autē, si placuerit recitare, adhibituri su-
mus eruditissimum quenq; sed plane adhuc an sit
recitandū, examina tecū, om̄es q; quos ego moui
invtraq; parte calculos, pone id q; elige, in quo vicerit
ratio, a te em̄ ratio exigetur, nos excusabit obse-
quium. Vale.

C P L C A L V I S I O S V O S A L.

Ssem para, et accipe auream fabulā. Fabula
a las immo nam me priorū noua admonuit.
Nec referr a qua potissimum incipiam. Ve-
rania Pisonis grauiter iacebat, huius dico pisonis,

quem Calba adoptauit, ad hāc Regulus venit. pri
mū ipudentiā hominis, qui venerit ad ægram, cū
ius marito ū micissimus, ipsi ū quisissimus fuerat Esto
si venit tñ, at etiam proximustoro sedit, quo die,
qua hora nata esset, interrogauit. vbi audiuit, com
ponit vultū, intendit oculos, mouet labra, agitat di
gitos, computat nihil, diu miseram expectatiōe su
spendit. habes inquit climatericū tempus, sed euā
des, quod vt tibi magis liqueat, a ruspīcē cōsulā.
quem ū nī f. e quenter, expertus Nec mīra, sacrifici
cū facit, affirmat exta cū syderū significatione con
gruere. Illavt in periculo credula, poscit codic llos,
legatum Regulo scribit, mox ingrauescit, clamat
moriens, o hominē nequam, perfidum, ac plus eti
am, quam periurū, qui sibi per salutem filii peieras
set. Facit hoc Regulus, non min⁹ scelerate, quā frē
quenter, quod irā deorū, quos ipse quotidie fallit,
i caput ū felicis pueri detestatur. Velleius Blæsus il
le locuples, cōsularis, nouissima valetudine cōficta
batur, cupiebat mutare testamētū. Regul⁹ qui spe
raret aliquid ex nouis tabulis, quia nuper captare
eū cōperat, medicos hortari, rogare, quoquo mō
spiritū homini prorogarent post quā signatū ē testa
mentum, mutat personam, vertit allocutionē, iis
demq; medicis, quousq; miserū cruciatis? quid iui
detis bonā mortē, cui dare vitā nō potestis? mori
tur blæsus, et tanquā oīa audisset. Regulo ne tantu
lum quidem. Sufficiunt duæ fibulae, an scolastica le
ge tertiam poscis? est vnde fiat. Aurelia ornata fœ
mina signatur at testamentum, supserat pulcherri

mas tunicas. Regulus cu[m]venisset ad signādum,
Rogo inquit has mihi leges. Aurelia ludere homi-
nē putabat, ille serio istabat, nec multa coegit mul-
terem aperire tabulas, ac sibi tunicas, quas erat idū
ta, legare. obseruauit scribentem, inspexit an scrip-
fisset. & Aurelia quidē viuit, ille tamen istud tāquā
moriturā coegit. & hichereditates, hic, legata quasi
mereatur, accipit. ἀλλα διετένομαι iea ciuitate
in qua iampridē non minora præmia, immo
maiora, nequitia & improbitas, quam pudor & vir-
tus, habent. Aspice Regulum, qui ex paupere & te-
nui, ad tātas opes per flagitia processit, vt ipse mihi
dixerit. cum consuleret, quam cito sestertiū
sexcenties impleturus esset, iuuenisse
se exta duplicata, quibus por-
tentandi millies, & ducē-
ties habiturum. et
habebit, si modo,
vt coepit aliena
testamenta, qđ
est improbissi-
mū gen⁹ falsi
ipsis, quo
rūsūt illa
dicta s
uerit,
Vale.

FINIS

C.PLINII SECUNDI EPISTOLA
RVM LIBER TERTIVS

C.PLINIUS CALVISIO
SVOSALVTEM

Escio, an vllū sucundius tempus exēgerim, quam, quo nuper apud Spurinnam fui, adeo quidem, ut neminē magis in senectute, (si modo senesce re datum est, (æmulari veli, nihil est enim illo vitæ genere distinctius. me autē vt certus syderum cursus, ita vita hominū dīsposita delectat, senum presertim, Nā iuuenes ad huc confusa quædam, et quasi turbata non indecēt senibus placida omnia et ordinata conueniūt, qui bus industria sera, turpis abitio est, hāc regulā Spurinna constantissime seruat, quinetiam parua hæc, parua, si non quotidie fiant, ordine quodam & ve lut orbe circumagit. mane lectulo cotinetur, hora secunda calceos poscit, ambulat millia passuum tria, nec min⁹ animū, quā corpus exercet, si ad sūt amic⁹, honestissimi sermones explicātur. Si nō, liber legitur, interdū etiam præsentibns amicis, si tamē il li non grauantur, deinde cōsidet, & liber rurs⁹, aut sermo libro potior, mox vehiculū ascēdit, adsumit vxorē singularis exēpli, vel aliquē amicorē, vt me proxime. Quā pulchrū illud, quā dulce secretum, quātū ibi antiquitatis, quæ facta, quos viros audias, quibus Præceptis ibuare. Quamuis ille hoc tempe

ramentū modestiæ suæ indixerit, ne præcipere vis-
deatur. peractis septem millibus passuum. iterum
ambulat mille. iterum residet, vel se cubiculo, ac sty-
lo reddit. scribit ei, & quidē vtrāq̄ lingua lyrīca do-
ctissima, mira illis dulcedo. mira suauitas, mira hi-
laritas, cuius gratiā cumulat sacerdatis scribētis. vbi
hora balinei nūtiata est, est autē hyeme nona, æsta-
te octaua, in sole. sicaret / vēto, ambulat nudus De
inde mouetur pilavehementer, & diuinā hoc quo-
que exercitationis genere pugnat cū senectute. lo-
tus accubat. & paulisper cibū differt. interim audit
legentem remissius aliquid, & dulcior, per hoc om-
ne tempus liberum est amicis vel eadē agere, vel
alia, si malit. apponitur cœna nō minus nitida, quā
frugi, in argento puro, & antiquo. sunt in vsu & co-
zinthia, quibus delectatur, & adficitur. Frequēter
comœdis cœna distinguitur. vt voluptates quoq̄
studiis cōdiantur. sumit aliquid de nocte & æstate,
nemini hoc longum est, tāta comitate conuiuūm
trahitur. Inde illi post septimū, & septuagesimū
annū auriū, oculorūq; vigor integer, inde agile, &
viuidū corpus, solaq; ex senectute prudentia. Hāc
ego vitam voto, & cogitatione præsumo, ingressu-
rus audiffissime ut primum ratio ætatis receptui ca-
nere premiserit. interi mille laborib; cōterior quo-
rum mihi & solatium, & exemplū est idem Spuri-
na. nam ille quoq; quod honestū fuit, obiit officia,
gesit magistratus, prouincias rexit, multoq; labo-
re hoc opū meruit. Igitur eūdem nūhi cursum,
eūdem terminum / statuo, idq; iā nūc apud te sub-

signo, vt si me lōgius euehi videris, ius voces ad hanc epistolam meam, quiescere iubeas, cum iner-
tiæ crimen effugero. Vale,

C.PL MAXIMO SVOSAL.

Vod ipse amicistuis obtulisse, si mihi ea;
q dē materia suppeteret, id nūci urevideor a
te meis petiturus. Arrianus Maturus Alt
natiū est princeps. Cum dico princeps, nō de facultati
b^o loquor, quæ illi large supersunt, sed de castitate,
iustitia, grauitate, prudentia. Huius ergo cōsilio i ne
gociis, iudicio, i studiis vtor. Nā plurimū fide, plu
rimū veritate, plurimū intelligentia præstat. Amat
me, (nihil possum ardentius dicere) vt tu caret abi
tu, ideo se in equestrigradu tenuit, cū facile posset
ascendere altissimū. Mihi tamen ornādus, excole
dusq; esitaq; magni æstimo dignitati eius aliqd ad
struere iopinantis, nesciētis, immo etiā fortasse no
lentis, adstruere autem, quod sit splēdidū, nec mo
lestū, cuius generis quæ prima occasio tibi cōferas
in eum rogo, habebis me, habebis ipsū gratissimū
debitore. Quāuis enim ista non adpetat, tā grāte
tamen excipit, quā si concupiscat. Vale.

C.PL CORELLIAE HI SPVL.

LAE SALVTEM

Vm patrem tuum grauissimum, & sanctissi
c sum virum suspexerim magis, an amaz
uerim, dubitem, teq; in memoriam eius. &
in honorem tuum, vnicē diligam, cupiā, necesse ē;

et.

atq; etiam quantum in me fuerit? enītār, vt fili⁹ tuus a tuo similis existat, equidē malo materno, q̄q; illi paternus etiam clarus, spectatusq; contigerit, pater quoq; & patruus illustri laude conspicui, quib⁹ omnibus ita demum similis adulescet, si imbut⁹ honestis artib⁹ fuerit, quas plurimum refert, a quo potis simum accipiat. adhuc illum pueritiae ratio intra cōtubernium tuū tenuit, praeceptores domi habuit, vbi est erroribus modica, vel etiam nulla materia, iam studia eius extra limen proferenda sūt, lam circūspiciēdus hetor latinus, cui⁹ scholæ seueritas, pudor in primis, castitas constet. Adeſt enī adulescenti nostro cum cæteris naturæ, fortuæq; dotib⁹, eximia corporis pulchritudo, cui in hoc lubrico ætatis nō præcepere mō, sed custos etiā, rectorq; quærēd⁹ est, video ergo demonstrare tibi posse Iuliuū Genitore, amatur a me, iudicio tamē meo nō obstat caritas hoīs, quæ ex iudicio nata est, vir ē emendatus, & grauis, paulo etiā horridior, & durior, vt in hac licetia temporum quantum eloquentia valeat, pluribus credere potes, nam dicendi facultas apta, & exposita statim cernitur. Vita hominū altos recessus, magnasq; latebras habet, cui⁹ p Genitore me spōforem accipe, nihil ex hoc viro filius tu⁹ audiet, nisi profuturum nihil discet, quod nescisse recti⁹ fuerit, nec min⁹ saepe ab illo, quā a te, meq; admonebatur quibus imaginibus oneretur, quæ nomina, & quāta sustineat. Proinde fauentibus Diis, trade eū præceptoris a quo mores primū, mox eloquētia discat, quæ male sine moribus discitur. Vale.

C.PL.MACRINOSVOSAL.

Vamuis & amici, quos presentes habebant
 q & sermones hominum factum meum comi-
 probasse videatur, magni tamen æstimo sci-
 re, quid sentias tu, nam cuius integræ te consiliū ex-
 quirere optarem: huius etiā peracta iudicium nos
 se mire concupisco. Cum publicū opus mea pecunia
 iechoaturur, i Thuscos excucurrissem, acceptovt præ-
 fectus æratrii cōmeatu Legati, puiticæ Eæticæ quæ
 sturi de proconsulatu Cæciliī Clacissi, aduocatū me
 a Senatu petierūt. Collegæ optimi, meique amatissi-
 mi de cōmunis officiū necessitem tibus prelocuti, excu-
 sare me, & eximere tētarunt. factum est senatuscō
 sultum perquā honorificum, ut darer protinciali-
 bus patronus, si ab ipso me impetrasset. Legati rur-
 sus inducti, iterum me iā præsentē aduocatum po-
 stulauerunt, implorantes idem meā, quā essent cō-
 tra Massam Bæbiū experti, adlegantes patrocinii
 fœdus. Sæcuta est Senatus clarissima adferio, quod solet
 decreta præcurrere. Tum ego, desino, ipsque P.C. puta-
 re me iustas excusatiōis cauſas adulisse, placuit &
 modestia sermonis & ratio. Cōpulit aut̄ me ad hoc
 cōsilium nō solūm consensus senatus (quamquā hic
 maxime) verū etiā in alii quidē, minoris, sed tamē
 numeri. Veniebat in mentē priores nostros etiā sin-
 golorum hospitum iniuriās accusationibus volūta-
 riis executos, quo de formis arbitrabar, publici ho-
 spicii iura neglegere. Præterea cū recordarer, quā-
 ta pro iisdem Bæsi tis priorē aduocatiōe, etiā peris-

cula subiisse, conseruandum veteris officij meritū
nouo videbatur. Et enim ita comparatum, ut atque
quiora beneficia subuertas, nisi illa posteriorib⁹ cu-
mules. Nā q̄l bet s̄pē obligati, si qd vnum neges,
hoc solū meminerūt, quod negatū ē, ducebar etiā
quod decesserat Classicus amotumq; erat, quod in
eiusmodi caussis solet esse tristissimum periculū Se-
natoris. Videbā ergo aduocationi mænō minorē
gratiā, q̄ si viueret ille, propositam, inuidiam nul-
lam. In summa cōputabam, si inumere hoc tertio fun-
geret, faciliorem mihi excusationē fore, si quis inci-
disset, quem non debetem accusare. Nā cum est o-
minus officiorū finis aliquis, tū optime libertative
nia, obsequio præparatur. Audisti cōsilii mei mot⁹.
superest alterutra ex parte iudicū tuū. In quo mihi
æque iucunda erit simplicitas dissentientis, quam
comprobantis autoritas. Vale.

C.PL.MACROS VOS AL.

Er gratū est michi, quod tā diligēter libros
pauiculi mei lectitas, vt habere omnesve-
lis, quærasq; q̄ sint oīdē scripti, notum tibi
faciam. Est enim hæ quoq; studiosis non iniucunda
cognitio. De iaculatione cuestri vnius, hunc cum
præfectus Alæ militaret, parāgenio, curaq; compo-
suit. De vita pomponii Secundi duo, a quo singu-
lariter amat⁹, hoc mæmoriæ amici, quasi debitū
munus exoluit. Bellorum Germaniæ viginti, qui-
b⁹ omnia, quæ cū Germanis gessim⁹ bella, collegit

Inchoauit, cū in Germania militaret somno monitus. Adstitit cī quiescēti Druſi Neronis effigies, qui Germaniae latissime vīctor ibi periit. cōmendabat memoriā suā, orabatq; vt se ab iniuriā obliuionis adſereret. Studioſi tres in ſex volumina ppter amplitudinem diuīſi, quibus oratorem ab incunabulis instituit & perfecit. Dubii sermonis octo ſcripsit ſub Nerone nouiſimis annis, cum omne studioꝝ genus paulo liberius, & erectius periculofū feruit, feciſſet. A fine Aufidii Baffi trigaſta vnuſ. Naturae historiarum trigaſta ſeptem opus diſfufum. erudi tum, nec minus variū, q; ipſa natura. Miraris, quod tot volumina, multaq; in hiſ tam ſcrupulofā homo occupatus abſoluerit, magis miraberis, fiſcieris, il lum aliquandiu cauſas actitasſe, deceſſiſe anno ſexto & quinquegeſimo. mediū tēpus diſtētu, impeditūq; , qua officiis maximis, qua amicitia princi pū egilſe. Sed erat acre ingeniu, incredibile ſtudiū, ſumma vigilantia lucubrare vulcanalibus incipie bat, nō auſpicandi cauſa, ſed ſtudendi, ſtatim a no cte multa, hyeme vero ab hora ſeptima, vel cū tar diſſime, octaua, ſaþe ſexta, erat ſane ſoni paratiſſimi, nō: unquā etiā inter ipſa ſtudia instantis, et deſerentis. Ante lucem ibat ad vefpasiānum imperatorem, nam ille quoq; noctibus vtebatur, inde ad delegatum ſibi officium, reuersus domū, quod reli quum tēporis, ſtudiis reddebat poſtcibū ſaþe, quē interdiu leue & facilem veterum more ſumebat. Aestate ſi qui dotti, iacebat in ſole, liber legebatur ad notabat, exercebat, nihil ei legit, quod non ex-

perperet. Dicere etiam solebat, nullū esse librū tam
malum, vt non aliqua parte prodeisset. Post solem
plerūq; frigida lauabatur, deinde gustabat, dormie-
batq; mīniū. Mox quāsi alio die studebat ī cōnē
tempus, super hanc liber legebatur, adnotahatur,
& quidē cursim. Memini quendam ex amicis cum
lector quādam perperā pronūtiasset, reuocasse, &
repeti coegisse, huic auunculū meum dixisse, intel-
lexeras nēmpe, cum ille adnuisset. Cur ergo reu-
ocabas? deceim āplius versus hac tua interpellatiōe
perdi dimus. tanta erat parsimonia temporis. Sur-
gebat æstite a cōnē, luce, hyeme intra primā no-
ctis, & tanquā aliqua lege cogente hæc inter medi-
os labores, yrbiq; fremitū in secessu. solū balinei
tempus studiis eximebatur. Cum dico balinei, de
interioribus loquor. Nam dum destrin giur, tergi
turq; audiebat aliquid, aut dictabat. In itinere qua-
si solutus cæteris, curis, huic vni vacabat. ad lat⁹ no-
tariū cum libro, & pugillarib; cuius manus hye-
me manicis munib;atur, vt ne cœli quidē asperitas
vllū studii tempus eriperet, qua ex cā Romā quoq;
sella vehebatur. Repeto me correptū ab eo, q; ac-
bularem poteras, inquit, has horas nō perdere, nā
perire omne tempus arbitrabatur, quod studiis nō
impartiretur. Hac intentione tot ista, volumina p-
egit. Elector & cōmentarios centū sexaginta mihi
reliquit, opistographos quidē, & minutissimis scri-
ptos, qua ratione multiplicatur hic numerus. Re-
ferebat ipse potuisse se, cū procuraret ī Hispania,
vēdere hos cōmētarios Lartio Lycinio quadrigētis

millibus numerum, & tūc aliquanto pauciores erāt.
 Non ne videtur tibi recordanti quātū legerit, quā
 tū scripsiterit, nec in officiis vallis, nec in amicitia prin-
 cipum fuisse rursus cū audis quid officiorē studiis
 laboris impenderit, nec scripsisse satis nec legisse?
 Quid est enim, quod non, aut illae occupationes im-
 pedire, aut haec instantia non possit efficere. Itaq; so-
 leo ridere cum me quidam studiosū vocant, qui si
 comparer illi, sum desidiosissimus. Ego autem tñm.
 quem partim publica, parti amicorū officia distrin-
 gunt. Qui ex istis, qui tota vita literis adsidēt, col-
 latus illi, non quasi somno & inertiae dedit⁹ erubef-
 cat. Extendi epistolam, cū hoc solum, quod requi-
 rebas scribere destinasse, quos libros reliquisset.
 Confido tamen haec quoq; non min⁹ grata, quam
 ipsos libros futura, quæ te non tantum ad legēdos
 eos, verum etiam ad simile aliquid elaborādū pos-
 sunt æmulationis stimulis excitare. Vale.

C.P.L. SEVERO SVO SAL.

Xhæreditate, que mihi obuenit, emi pro
 xime Corinthium signum, modicum qui-
 dem, sed festuum, & expressum, quantum
 ego, sapio, qui fortasse in omni re, i hac certe p quā
 exiguū sapio. Hoc tamen si gnum ego quoq; itelli-
 go. Est enim nudū, nec aut vitia, si qua sunt, cælat,
 aut laudes parum ostentat. Effingit senem stantē.
 ossa, musculi, nervi, venæ, rugæ, etiā vt spirātis ap-
 parēt, rari, & cedentes capilli, latafrōs, contracta fa-
 cies, exile collū, pendent lacerti, papillæ iacent, re-
 cūi

cessit uenter. A tergo quoq; eadē aetas, vt tergo aēs
ipsum quantū verus color indicat, vet⁹, & antiquū,
talia denique oīa, vt possent artificū oculos tenere
delectare imperitorū, quod me, quanquā tyrunū
lum, sollicitauit ad emendū. Emi autem, nō, vt ha-
berem domi, neq; ei vllum adhuc Corinthiū domi
habeo, verū, vt i Patria nostra celebri loco ponerē,
ac potissimū in Iouis templo. Videtur enī dignum
templo, dignum deo donū. Tu ergo, vt soles, omnia,
quæ a me tibi iniugūtur, fuscipe hanc curam. Et iā
nūciube basim fieri, ex quo voles marmore, quæ
nomē meū, honoresq; capiat, si hos quoq; putabis
addēdos Ego signū ipsum, vt primū inuenero ali-
quē qui nō grauctur, mittā tibi, vel ipse, quod ma-
uis adferā meū, destino enī, si tñ officiū ratio pmis-
serit, excurrere isto Gaudeſ quod me venturum es
ſe polliceor, ſed cōtrahes frontem, cū adiecerō, ad
paucos dies, neq; enī diutius abefle me eadē hæc,
quæ nondum exire, patiūtur. Vale.

CPL.CANNIOSVSAL

Odo nūciatus est Sylius Italicus in Neapo-
litano ſuo inedia vitam finiſſe. Caufa mor-
tis, valetudo, erat illi natus iſanabilis clau⁹,
cuius taedio ad mortē irreuocabili cōſtantia decu-
currit, vſq; ad ſupremum diem beatus, & felix, ni-
ſiquod minorē liberis duobus amifit, ſed maio-
rem, meliore, lorētēq; etiam Consularem reliquit
laetat famā ſuam ſub Nerone, credebatur ſponte
accuſaſſe. Sed in Viteliu amicitia ſapienter ſe, & co-

miter gesserat. Ex pro cōsulatu Asiae gloriā repor-
tauerat. macula in veteris industriae laudabili otio
abluerat. Fuit inter prīncipes ciuitatis sine potētia.
sine inuidia. Salutabatur, colebatur, multūq; in le-
ctulo iacens, cubiculo sēper non ex fortuna frequē-
ti. Doctissimis sermonib; dies trāfigebat. cū ad scri-
bēdo vacaret, scribebat carmina maiote cura, quā
ingenio. nonnūquā iudicia hominum recitationi-
bus experiebatur. Nouissime ita suadētibus annis
ad vrbe secessit, seq; in Cāpania tenuit, acne aduē-
tu quidem noui prīcipis, idē cōmor; est. Magna Cæ-
sar is laus, sub quo hoc liberū fuit, magna illi⁹, qui
hac libertate aus⁹ est stvti. erat φιλοκαλοσ uisq; ad
emacitatis reprehēsionē. plureis iisdē in locis villas
possidebat, adamatisq; nouis, priores neglegebatur,
multū vbiq; libroge, multū statuarū, multū imagin-
num quas uō habebat mō, veruetiā venerabatur.
Vergiliū āte omneis, cui⁹ atalē religiosi⁹, quā suūce
lebrabat. Neapolī maxime, vbi monimentū eius
adire, vt tēplū, solebat. In hac trāquilitate annū qui-
tū et septuagesimū excessit, delicato magis corpo-
re, q; infirmo. Utq; nouissimus a Nerone factus est
cōsul, ita postremus ex oībus, quo Nero cōsules fe-
cerat, decessit. Illud etiā notabile, vltimus ex Nero
rianis Consularib; obiit, quo consule Nero petiit.
Quod me recordatē, fragilitatis humane misera-
tio subit. Quid enī tā circūcisū, tā breue, q; hominis
vita longissima? An nōvidetur tibi Nero nō fuisse,
cum interim ex iis, qui sub illo gesserant cōsulatū,
nemo iam superest? quamquā quid hoc miror? nu-

per Lucius Piso, pater Pisonis illi⁹, qui a valerio Fe
sto per sumū facinus in Africa occisus est, dicere so
lebat neminē se videre in senatu, quē consul ipse se
tentia rogauiisset. Tā angustis terminis tantæ mul
titudinis viuacitas ipsa cōcluditnr, vt mihi nō venia
solū digna, verū etiā laude videantur illæ regiae la
cryme. Non ferunt Xerxem, cum immensū exerci
tum oculis obisset, illacrymasset, quod tot millib⁹ tā
breuis immineret. occasus, sed tā to magis hoc quic
quid est temporis futilis, et caduci, si nō datur factis
Nam hog̃ materia aliena manu, certe studiis pro
feram⁹, et quaten⁹ nobis denegatur diu viuere, re
liquam⁹ aliquid, quo nos vixisse testemur. Scio te
stimulis nō egere, me tñ tui caritas euocat, vt currē
té quoq; instigē, sicut tu so'es me αγαθη Δερισ
cū iuicē se mutuis exhortationibus amici ad amo
rem immortalitatis exacuunt. Vale.

C.PL, TRANQ VII. LO SVO SAL.

Acis pro cærera reuerētia, quam mihi p̄ae
stas, quod tā solicite petis, vt tribunatū, quē
a Neratio Marcello clarissimo viro impetra
ui tibi, in Cæsennium Syluanum propinquum tuū
transferam Mihi autem, sicut iucundissimum, ipsū
te tribunum, ita non minus gratum, aliū per te vi
dere. neq; enim esse cōgruens arbitror, quē auge
re honorib; scupias, h. ic pietatis titulis inuidere,
qui sunt omnibus honorib; pulchriores. Video
etiā, cū sit egregiū et mereri beneficia, et dare vtrā
q; te laudē simulu, affecturū, si quod ipse meruisti.

aliis tribus. Præterea intelligo mihi quoq; gloriae fo-
re, si ex hoc tuo facto nō fuerit ignotū amicos, me-
os nō gerere tñ tribunat? posse, verū etiā dare. qua-
re egovero honestissimæ volūtati tuæ pareo. Neq;
enī adhuc nomen in numeros relatū est. Ideoq; li-
berū est nobis Syluanū in locū tuū subdere, cui cu-
pio tā gratū esse munus tuū. quā tibi meū est Vale.

CPL. MINITIANO SV O SAL.

Possum iam prescribere tibi quantum in pu-
blica prouinciae Bæticæ causa, laboris exhau-
serim, nam fuit multiplex, actaq; est laepius
cum magna varietate. Vnde varietas? vnde plu-
res actiones? Cæcilius Classic⁹ homo, fœd⁹, & aper-
te malus proconsulatū in ea non minus violēter,
quā sordide gesserat eodē anno, quo in Africa Ma-
rius Priscus. Erat autē Priscus ex bætica, ex Africa
Classicus, inde dictū Bæticorū, vt plerūq; dolor etiā
venustos facit, non illæpidū ferebatur. Dedi malū
& accepi, sed Mariū vna ciuitas publice, multiq; pri-
uati reū peregerunt, in Classicum tota prouincia i-
cubuit. ille accusationem vel fortuita, vel voluntar-
ia morte præuerit. Nam fuit mors eius infamis,
ambigua tñ. Ut enim credibile videbatur voluisse
exire de vita cum defēdi non posset, ita mirū. pu-
dorem damnationis morte fugisse, quē non puduis-
set damnanda committere. Nihilominus Bætica etiā
in defuncti accusatione perstebat. prouisum hoc le-
gibus, intermissum tamen, & post longā intercap-
dinē tūc reductū addiderunt Bæticī, quot sunul-

socios ministrosq; Classici detulerūt, nominatimq; in eos inquisitionem postulauerunt. aderā Baeticis, mecumq; Luceius Albinus, vir in dicendo copiosus, ornat⁹, quem ego cū oī mutuo diligenterem, ex hac offici societate, amare ardētius cœpi. Habet quidē gloria i studiis, præserti quiddā ἀκογωνία, nobis tñ nullum certamen, nulla cōtentio, cum vterq; pari iugo, nō pro se, sed pro causa niteretur Cui⁹ & magnitudo, & utilitas visa est postulare, ne tñ one ris singulis actionib⁹ subirem⁹. Verebamnr, ne nos dies, ne vox, ne latera deficerent, si tot criminā tot reos, uno velut fasce cōplecteremur. Deinde ne iudi cū itētio multis nominib⁹, multisq; cassis non lassaretur, mō, vcrumetiā confunderetur. Mox ne gratia singuloꝝ collata, atq; permista, pro singulis quo qvires omniū acciperet, postremo ne potentissimi vilissimo quoq; quasi pīaculari dato, alienis pœnis elaberentur. Etenim tū maxime fauor, & ambitio dominatur, cum sub aliqua specie seueritatis delictere potest. Erat in cōilio ferterianū illud exemplū, qui robustissimū & infirmissimum militem ius sit caudā equi, reliqua nosti. Nam nos quoq; tā numerosum agmen reorumita/demum videbamus posse superari, si per singulos carperetur, placuit in primis ipsum Clasicum ostendere nocentem. hic ap̄tissimus ad socios ei⁹, & ministros trāsitus erat, quia socii, ministriq; probari, nisi illo nocente, non poterāt. Ex quib⁹ duos statim Clasico iuxtimus, Bæbiū Probū, & fibium Hispanum, vtrumq; gratia, Hispanum etiam facundia validum. Et circa Clas-

sicum quidē breuis, & expeditus labor, sua manu reliquerat scriptū. quid ex quaq̄ re, quid ex quaq̄ causa accepisset, miserat etiam epistolas Romā ad amiculam quandam iactanteis, & glorioas, his q̄dem verbis. io io, liber ad te venio. īā festertiū quadragies redigi, parte vendita Bæticorum. Circa Hispanum & probum multū sudoris. Horum ante, quam crimina ingrederer, necessarium credidi elaborat e, vt constaret ministeriū crīmē esse, quod nisi effecisse m, si ustra ministros probassē. Neq̄ enī ita defendebantur, vt negarēt, sed vt necessitativenā precarētur. Esse enim se prouincialeis, & ad omne procōsulū imperium metu cogi. Solet diccce Claudius restitutus, qui mihi respondit, vir exercit⁹, & vigilans, & quanlibet subitis paratis, nūq̄ sibi tantum caliginis, tantum perturbationis effusū, quam cū ea p̄cepta, & extorta de fensioni suæ cerneret, in quibus omnē fiduciam reponebat. Cōsilii nostri exitus fuit, bona Classici, quæ habuisset ante priuiciam, placuit Senatui, a reliq̄ separari illa flīæ, hæc spoliatis reliqui. Additū est, vt pecuniae, quas creditoribus soluerat, reuocarētur. Hispanus, & p̄bus quinquēnium relegati. Adeo grauevisum est, qđ initio dubitabatur, omnino crīmē esset Post paucos dies Clauium Euscum Classici genetum, & Stilloniū Priscum, qui tribunus cohortus sub Classi cofuerat, accusauimus, dispari euētu, Prisco in hiēnium Italia interdicto, absolutus, est Fuscus. Actio ne tertia cōmodissimum putauimus plureis cōgregare, ne si longi⁹ esset extracta cognitio. satietate, &

tædio quodam iustitia cognoscentiū seueritasq; lä
guesceret, alioqui superant minores rei data ope-
ri hunc in locum reseruati, excepta tamen, Classici-
vxore, quæ sicut implicita suspicionibus, ita nō satis
cōuinci probationib; bus visa ē, nam Classici filia, quæ
& ipsa inter reos erat, ne suspicioib; quide hærebat
itaq; cū ad nomē eius in extrema actiōe venisse,
neq; enī vt initio, sic etiam in fine. Verēdum erat,
ne p; hoc totius accusatiōis autoritas minueretur,
honestissimū credidi non pre mere īmmerētē, idq;
ipsum dixi & libere & varie Nam modo legatos i-
terrogabam, docuissēt ne me aliquid quod repro-
bari posse cōsiderēt, modo consilium a senatu pete-
bam putare ne debere mes si quam haberē i dīcēti
do facultatē, in iugulum innocentis, quasi telū ali-
qd intendere, postremo totum locū hoc fine cōclu-
si, dicet aliq; iudicas ergo? Egovero nō iudico. Me
mini tamē me aduocatū ex iudicibus datū, hic nu-
merosissimæ causæ terminus fuit quibusdam abso-
lutis, plurib; damnatis, atq; etiam relegatis, aliis i
tempus, aliis in perpetuum. Eodē senatus consulto
industria, fides, constātia nostra plenissimo testimo-
nio comprobata est, dignum, solumq; par pretiū tā
tilaboris. Concipere animo potes, q; fini° fatigati, q;
bus toties agendum, toties altercandū, tā muki te-
stes interrogandi, subleuādi, refutandi. Iam illa quā
ardua, quam molesta, tot reoꝝ amicis secreto rōgā-
tibus negare, aduersantibus palā obſistere! Refe-
ram unum aliquid ex iis, quæ dxi Cum michi qui-
dā e, iudicib; ipſis, pro reo gratiosissimo reclama-

rēt, nō minus inq̄ hic innocens erit, si ego omnia dī-
xero. Cōiectabis ex hoc quātas contentiones, quā-
tas etiā offensas subierimus. dūntaxat ab breue tē-
pus. Nā fides in presentia eos quibus resistit, offen-
dit, deinde ab ipsis suspicitur, laudaturq; . Non
potui magis te ī rem presentē perducere, dices nō
fuit tanti, quid enī michi cū tālonga epistola? Noli
te ergo identidē quāterere, quid Romae geratur, et
tamē memento esse nō epistolā lōgā, quę tot dies,
tot cognitiones, tot deniq; reos, caussasq; cōplexa-
sit. Quæ oīa videor mihi nō minus breuiter, quam
diligēter persecutus. Temere dixi diligēter, succur-
rit, quod præterierā, & quidē sero, sed quanq; p̄cē
postere, reddetur. facit hoc Homerus, multiq; illi-
us exēplo. Est alioquī perde corum a, me tamē nō
ideo siet. Eēstib⁹ quidā siue iratus. q̄ euocat⁹ es
set iuitus, siue subornatus ab aliquo reoꝝ, vt accu-
sationē exarmaret Norbanum Licianū legatum
& iquisitorē, reum postulauit, tanquam in caussa
Castę (vxor hæc Classici) præuaricaretur. Est lege
cautū, vt reus ante peragatur, tūc de præuaricato
re quāteratur, videlicet quia optime ex accusatione
ipsa, accusatoris fides aestimatur. Norbano tamen
nō ordo legis, nō legati rc mē, nō iquisitionis offici-
ū p̄ tæsido fuit, tāta cōflagravit inuidia homo alio
qui flagitious, & Domitiani temporibus usus, vt
multi, electusq; turc a prouicia ad inquitendū nō
tāquam bonus. & fidelis, sed tanquam Classici ini-
micus. Erat ab illo relegatus, dari sibi diē ad diluē-
da crimina postulauit. Neutrūm impetravit coa-

ctus est statim respondere, respondit) malum, præ-
uumq; ingenium hominis facit,) vt dubite cōfiden-
ter, an constanter, certe paratissime. Obiecta sunt
multa, quæ magis, quam præuaricatio nocuerunt.
Quinetiam duo consulares pomponius Ruf^o & Li-
bo Frugi læserūt eu m testimonio, tanquā apud iu-
dicē sub Domitiano Salui Liberalis accusatorib^o
adfuisset, damnatus. & in iſulā relegatus est. itaq;
cum Castam accusarem, nihil magis pressi, quā q̄
accusator eius, præuaricatiōi sc̄rimine corruisset. p̄
si tamen fruſtra. Accidit enim res cōtraria, & noua
vt accusatore præuaricationis dānato, rea absolue-
retur. quæreris quid nos dum hæc aguntur, indica-
uim^o ſenatui ex Norbano didicisse nos publicā cauſ-
am, rursusq; debere exītegro discere, si ille præua-
ricator probaretur. Atq; ita dum ille peragiturre,
ſedimus. Postea Norbanus oībus diebus cognitio-
nis interfuit, eamdemq; vſq; ad extreμū vel costā
tiā, vel audaciam pertulit. Interrogo ipſe me, an ali-
quid omiferim, rursus & rursus pene omisi. Sūmo
die Salui^o Liberalis reliquos legatos grauiter icre-
put, tanquā non omneis, quos mandasset, puincia
reos. peregiffent. Atq; vt eſt vchemens, & diſert^o i
discrimen adduxit. protexiviroſ optimos, eosdēq;
gratissimos, mihi certe debere ſe prædicant, qđ illū
turbinem euaserint. hic erit epistolæ finis, rev era^o
nis, literam nō addam, etiā ſi adhuc aliquid præ-
tiffe me ſenfero. Vale.

C.PL.SPVRINNAE SVO
ET COTTIAE.S.

Omposuisse me quædam de filio vestro nō
 c dixivobis.cū proximie apud vos fui.Primū
 qui nō ideo scripserā,vt dicerē,sed vt meo
 mori,meo dolori satissfacerē,Deinde quia te Spurin
 na,cū audissem recitasse me,vt mihi ipē dixisti:qdre
 citassē,simul audisse credebā,prætereaverit⁹sum,
 ne vos festis diebus confunderē,si in memoriam gra
 uissimiluct⁹ reduxissem.Nunc quoq; paulisper hæ
 sitauī id solum,quod recitauī,mittere exigentibus
 vobis,an adiicerē,quæ in aliud volumen cogito re
 seruare.Neq; enim affectibus meis vno libello ca
 rissimam mihi & sanctissimam memoriam prosequi
 satis ē,cuius famæ latius consuletur,si diligētata et
 digesta fuerit.Verum hæsittat mihi omnia,quæ iā
 composui,vobis exhiberē,an adhuc aliqua differ-
 rem,simplicius,& a nicius visum est,omnia,præci
 pue cum affirmetis itra nos futura,donec placeat
 emittere.Qd superest,rogo,vt pari simplicitate,si
 qua existimabitis addēda,comutanda,omittenda
 idicetis.Mihi difficile est hucusq; intendere animū
 i dolore,difficile,sed tamen,vt scalptorē,vt pictorē
 ,qui filij vestri imaginem faceret,admoneritis,
 q; exprimere,quid emēdare deberet,ita me quo
 q; formate,regite,qui nō fragilē,etcaducā,sed i-
 mortalē,vt vos putatis,effigiē conor efficere,quæ
 hoc diuturnior erit,quo verior,melior,absoluti-
 or,fuerit.Vale.
 fi

C.PL.LVTIO GFVITORI SVO.S.

St omnino Artemidori nostri tam benigna
e natura ,vt officia amicorum i maius extollat
inde etiam meum meritum ,vt vera ,ita su
pra meritum prædicatione circumfert . Evidem
cum essent philosophi ab vrbe sumoti Fui apud il
lum i suburban . & quo notabilis ,hoc est ,periculo
suis esset fui prætor pecunia etiā ,qua tunc illi am
pliore opus erat ,vt æs alienum exsolueret contra
etū ex pulcherrimis caussis mussatibus magnis qui
busdā ,& locupletib⁹ amicis ,mutuatus ipse ,gratui
tam dedi . Atq⁹ hoc feci cū septem amicis meis aut
occisis ,at relegatis ,occisis Senecione ,Rustico He
luidio ,relegatis Maurico ,Gratilla ,Arria ,Fānia
Tot circa me iactis fluminib⁹ ,q̄ si abus⁹ ,mihi quo
q̄ ipendere idē exitium certis quibusdam notis au
gurarer . Nō ideo tamen eximiā gloriam meruisse
me ,vt ille predici ,credo ,sed tātū effugisse flagi
tiū Nā et . C. Musoniū sacerorum eius ,quātum lici
tū est per aetatem ,cum admiratione dilexi ,& Ar
temidorum ipsum ,iam tum cum in Syria tribun⁹
militarem ,arcta familiaritate complexus sū ,id
q̄ primū nonnullius idolis dedi specimen ,quod vi
rum aut sapientem . aut proximum ,simillimum q̄
sapieti i tellegere sum visus . Nam ex omnibus ,qui
nunc se philosophos vocāt ,vix vnum aut alterum
iuenies tāta siceritate ,tāta veritate . Mitto qua pa
tiēta corporis ,hiemes iuxta ,& aestates ferat ,vt nul
lis laborib⁹ cedat ,vt nihil in cibo ,in potu volupta

tibus tribuat, ut oculos, animūq; cōtineat Sunt hæc magna, sed i alio, si hoc vero minima, si cæteris virutibus comparentur, quibus meruit, ut a.C. Musonio ex omnib; omnium ordinum affectatorib; gener adsumeretur. Quæ michi recordanti est quidē iucundum, quod me cum apud alios, tū apud te tātis laudib; cumulat, vereor tamen, ne modū excedat, quem benignitas ei⁹ (illuc enim, vnde cepi reuertor) non solet tenere. Nam in hoc vno iter dūvir alioquī prudentissimus, honesto quidē, sed tamē ex rore versatur, q; plureis amicos suos, quā sunt, arbitratur. Vale.

C.PL.CATILIO SVO SAT.

12

Eniam ad coenam, sed iam nunc paescor sit
 v expedita, sit parca Socratis tantum sermōnibus abundet, in his quoq; teneat modū. Erūt officia ante lucana, in quæ icidere impune, ne Catoni, quidem licuit. Quem tamen C. Cæsar ita reprehendit, vt laudet. De scribit enim eos, qbus obuius fuerit, cū caput ebrii retexissent, erubuisse, deinde adiicit, putares non ab illis Catonē, sed illos a Catone deprimens Potuit ne plus autoritatis tribui Catoni, quā si ebrius quoq; tā venerabilis erat? Nostrę tamen cęnę, vt apparatus & impendii, sic temporis modus constet. neq; enī ii sum⁹, quos vituperare ne inimici quidē possint, nisi vt simul laudent. Vale.

fii

LIB.
C.PLI. ROMANO SVOSAL

84

I Lbrum, quo nuper optimo principi Consul¹²
gratias egi, misi exigenti tibi, missurus, & si
nō exigisses. In hoc consyderes veli, vt pul-
chritudinē materiæ, ita difficultatem, in cæteris ei
lectorē nouitas ipsa itētum habet, in hac nota, vul-
gata dicta sunt omnia. quo fit, vt quasi otiosus, secu-
rusq; lector tātū elocutioni vacet i qua satii facere
difficilius est, cum sola estimatur. Atq; vtinā ordo
saltem, & transitus, & figuræ simul spectarentur.
Nam inuenire p æclare, enunciare magnifice iter-
dum etiam barbari solēt, disponere apte, figurare
varie, nisi eruditis, negatū est. Nec vero affectāda
sunt semper elata, & excelsa Nam vt in pictura lu-
men nō alia res magis, quā in vnbra cōmēdat, ita
orationē tā sumirtere, quā attollere decet. Sed qd
ego hoc doctissimo viro: Quin poti⁹ illud adnota,
quæ putaueris corrīgenda. Ita enim magis credā
cætera tibi placere, si quædam displicuisse cognoue-
to Vale.

C.PL.ACILIO SVO SAL.

Em atrocem, nec tantum epistola dignam
r Largius Macedo vir prætorius a seruis suis
passus est, superbus alioqui dominus, & sæ-
uis, & qui seruisse patrem suum parum, immo mi-
nimū meminisset. Lauabatur, i villa Formana, re-
pente eū serui circunfistint, aliis fauces iuadit, ali-
us os verberat, alius pectus, & ventrem, atq; etiam

fœdum dictu verenda coutundit, & cū exanimen
putarent, abiiciunt in feruens pavimentū, vt expe
tirentur, an viueret. ille, siue quia nō fētibat, siue
quia nō fētire simulabat, imobilis, & extent⁹ fidem
peracte mortis impleuit, tum demum quasi æstu
solutus effertur, excipiunt serui fideliores, concubī
næ cū v lulatu & clamore concurrunt. Ita et vocibus
excitatus, et recreatus loci frigore sublatis oculis,
agitatoq; corpore, viuere se (& iā tutum erat) cōfite
tur. Diffugiut serui, quorum magna pars comprehē
sa est, cæteri, requiruntur. ipse paucis diebus ægre
refocillatus, nō sine vltionis to. atio deceffit, ita viu⁹
vindicat⁹, vt occisi soli t. Vides quot periculis, quot
cōtumeliis, quot ludibriis limus obnoxii, nec est q
quisquā possit esse securus, quia sit remissus, & mi
tis. Non eī iudicio domini/ sed scelerē perimūtur,
verum hæc hacten⁹. Quid præterea noui. Quid?
nihil, alioqui subiungerem. Nā & charta adhuc su
pereft, & dies feriatus patitur, plura cōtexi, Addā,
quod oportune de eodem Macedone succurrit, cū
in publico Romæ lauaretur, notabilis, atq; etiā, vt
exitus docuit, ominosa res accidit. Eques Roman⁹
a seruo eius, vt tran. itū daret, manu leuiter admo
nitus, cōuertit se, nec seruum, a quo erat tac⁹, sed
ipsū Macedonē tā grauiter palma pcuslit, vt pene
concederet. Ita balneū illi, quasi per gradus quodā
primū cōtume iæ locus, dcide exitū fuit. Vale

C.P.L.. PROCVLOS VOSAL.

15

Eritis ut libellos tuos in secessu legam, exa
minem, an editione sint digni, adhibes pre

f iii

ces, adlegas exemplū Rogas enim, vt aliquid subs-
siciuit ēporis studiis meis subtrahā, impertiā tuis.
Adiicis. M. Tullium mira benignitate poetarū ige-
nia fouisse. Sed ego nec rogādus sū, nec hortādus
nā et poetice ipfā religiosissime veneror, & te val-
dissime diligo. Faciā ergo, quod defyderas tam di-
ligenter, quam libenter. Videor autem iā nunc pos-
se recribere esse opus pulchrū, nec supprimēdum,
quantum aestimare licuit ex iis, quæ me presēte re-
citasisti. si modo mihi nō imposuit recitatio tua. legis
enīm suauissime, et peritissime. Confido tamē, me
non sic auribus duci, vt omnes aculei iudicij mei il-
larum delinimentis refringātur, hebetētur fortas-
se, et paululū retundantur, reuelli quidem, extor-
queriq; non possunt. igitur non temere iam nūc de
vniveritate pronuntio, de partibus experiat legē-
do. Vale.

C.P.L. NEPOTIS SVOSAL.

Dnotasse videor facta, dictaq; virorum, fo-
minarūq; alia clariora esse, alia maiora, con-
firmata est opinio mea hesterno Fanniae ser-
nione, neptis hæc Arriæ illius, qnæ marito et sola-
tiū mortis, et exemplū fuit. Multa referebat auia
suæ, uon minora hoc, sed obscuriora, quæ tibi exi-
stimo tā mirabilia legenti fore, quā mihi audienti
fuertū. Aegrotabat Cæcina, Petus maritus eius,
ægrotabat et filius vterq; mortifere, ut videbatur,
fili⁹ decellit eximia pulchritudine, pati verecūdia,
& parentibus nō minus ob alia carus, quam quod

filius erat, huic illa ita funus parauit, ita duxit ex quias, ut ignoraret maritus, quin nimo et quoties cubiculū eius intraret, viuere filiū, atq; etiam com modiorē esse simulabat. Ac persæpe interroganti, quid ageret puer, respōdebat, bene quieuit, libēter cibū sūpsit. Deinde cū diu cohibitæ lachryme vin cerent, prorūperentq; egrediebatur, tūc se dolori dabat, satiata siccis oculis, cōposito vultu redibat tā quam orbitatem fōris reliquisset. Praeclarum qui dē illud eiusdē, ferrum stringere, perfodere pect⁹, extrahere pugionē, porrigere marito, addere vocē immortale, ac pene diuinam. Pæte non dolet, Sed tamen ista facienti, dicenti gloria, & aeternitas ante oculos erāt, quo maius est sine præmio aeternitatis sine præmio gloriæ abdere lachrymas, opetire luctū, amissq; filio matrem adhuc agere. Scribonianus arma Illyrico contra Claudiū mouerat, fuerat Pætus in partib⁹, occiso Scriboniano, Romā trahe batur. Erat ascensurus nauē, Arria milites orabat, vt simul imponeretur, Nempe enī, inquit, daturi estis consulari viro seruulos aliquos, quorum e manu cibū capiat, a quibus vestiatur, aquibus calcietur. omnia sola præstabō, non impetravit. Conduxit piscatoriā nauiculam, ingensq; nauigium minimo secuta est. Eadem apud Claudium, uxori Scriboniani, cum illa profiteretur indicium, ego inquit audiam, cuius in gremio Scribonian⁹ occisus est, & viuis? Ex quo manifestum est, ei cōsiliū pulcherri mae mortis non subitū fuisse. Quin etiam cū Thra legener ei⁹ depracaretur, ne mori pergeret, iterq;

alia dixisset, tu vis ergo filiam tuam, si mihi pereundum fuerit, mori mecum; respodit, si tandem tantaque concordia vixerit tecum, quam ego cum Pæto, volo, auxerat hoc responso curam suorum. Attentus custodiebatur, sensit, & nihil agitis, inquit, potestis enim efficere, ut male moriar, ne moriar, non potestis. Dum haec dicit, exiluit cathedram, aduersosque patientes, caput ingenti impetu iepigit, et corruit, fociata, dixeram, inquit, vobis, inuenturam me quanlibet duram ad mortem viam, si vos facilem negassetis. Videlicet ne haec tibi maior a illo! Pæte non dolet, ad quod per haec peruetum est. Cum interim illud quidem ingens amara, haec nulla circunfert. Unde colligitur, quod initio dixi, alia esse clariora, alia maiora. Vale.

C.PL.SERVIANO SVO SAL.

Ecte ne omnia, quod iam pridem epistolæ tuæ cæssant, an non oia, recte, sed occupatus es tu? An tu non occupatus, sed occasio scribi, bedi vel rara vel nulla? Exime hunc mihi scrupulum, cui par esse non possum. Exime autem data opera Tabellariorum missorum, ego viaticum, ego etiam præmiū dabo, nūtiet modo, quod opto. Ipse valeo, si valere est suspensum, et anxium vivere, expectantem inhreas, timetemque pro capite amicissimo, quicquid accidere homini potest. Vale.

C.PL.SERVO SVO SAL

Fficium consulatus iniunxit mihi, ut Reip. nomine principi gratias agerem, quod ego

In senatu cū ad rationem et loci & tēporis ex more
fecissem, bono cui cōuientissimū credidi, eadē illa
spatiosius, et vberius volumine āplecti, primū. vt
imperatorī nostro virtutes suā veris laudabilib⁹ cō
mendarentur, deidēt futuri p̄incipes. nō quasi a
magistro, sed tñ sub exemplo p̄aemonerētur, qua
potissimū via possēt ad eandem gloriam niti. Nam
p̄acipere, qualis esse debeat p̄iceps, pulchrū qui-
dem, sed onerosū, ac prope superbū est, laudare ve-
ro optimū p̄incipē, ac per hoc posteris, velut e spe-
cula lumen, quod sequantur, ostendere, idem vtili-
tatis habet, adrogantiae nihil. Cepi autēnō medio
crem voluptatem, quod hunc librū cum amicis re-
citare voluissē, non per codicillos, non per libellos,
sed si cōmodum, & si valde vacaret, admoniti (nun
quam porro, aut valde vacat Romæ, aut cōmodū
est audire recitantem, foedissimis insuper tēpestati-
bus) per bidū conuenerunt, Cūq; modesti: mea
finem recitationi facere voluisset, vt adiicerem, ter-
tium diē exegerunt. Mihi hunc honorem habitū
putem, an studiis, studiis malo quæ prope extincta
refouentur. At cui materiae hanc sedulitatē p̄aesti-
terunt. Nempe quā in senatu quoq; vbi ppeti ne-
cessē erat, grauari tamen vel punc̄to tēporis soleba-
mus, eadem nunc et qui recitare, & qui audire tri-
duo velint, inueniuntur, non quia eloquētius quā
prius, sed quia liberius, ideoq; libentius scribitur.
Accedet ergo hoc quoq; laudibus p̄incipis nostri,
quod res anteā tā inuisa, quā falsa, nunc vt vera, ita
amabilis facta est. Sed ego cum studium audiētiū,

cū iudiciū mire probauit. Animaduerti enī seueris-
sima quæque vel maxime satisfacere. Memini qui
dē me non multis recitasse, quod oibus scripsi, nihil
ominus tamen tanquā sit eadem omnī futura sā-
tentia, hac seueritate aurium lætor. Ac sicut olim
theatra male musicos canere docuerunt, ita nūc in
spem adducor posse fieri, vt eadē theatra bene ca-
nere musicos doceant. Omnes enī qui placendi cā-
scribunt, qualia placere viderint, scribent. Ac mihi
quidē cōfido ī hoc genere materiæ lætioris stili con-
stare rationē, cū ea potius, q̄ pressius, et adstrictius,
quam illa, quæ hilarius, et quasi exultatiuſ scripsi,
possint videri accersita, et inducta. Non ideo tamē
segnius precor, vt quandoq; veniat dies, vt in amq;
iam venerit, quo austoris illis, seuerisq; dulcia hæc,
blandaq;, veliusta Possessione decedat. Habes acta
mea tridui, quibus cognitis volui tantum te volu-
ptatis absentem, et studiorum nomine et meo ca-
pere, quantum præsens percipere potuisses. Vale.

C.PL,CALVISIO RVFO SVO SAL

Dsumo te in consilium rei familiaris, vt so-
a leo. Prædia agris meis vicina, atq; etiam in-
serta venalia sunt, ī his me multa solicitant
aliqua, nec minora deterrent. Solicitat primū ipsa
pulchritudo iungendi. Deinde quod nō min⁹ utile
quam voluptuosū, posse vtraq; eadem opera, eodē
dē viatico in uisere, sub eodē procuratore, ac pene
ijsdem actoribus habere, vnā villā colere et orna-
re, alteram tñ tueri. In est huic computationi sum-

ptus"upellectilis ,sumptus attiensū copiariorum
fabrorum,atq; etiā venatorii instrumenti,quæ plu-
cimum refert,vnum in locū cōferas,an in diuersa
dispergas.Contra,vereor,ne sit incautū,rem tam
magnā iisdem tempestatibus,iidem casib⁹ subde-
re.Tutius videtur incerta fortunæ possessionū va-
rietatibus experiri,habet etam multū iucūditatis
soli,cœliq; mutatio,ipsaq; illa peregrinatio intersita
Iam,quod deliberationis nostræ caput est,agri sūt
fertiles,pingues,aquoſi.Constant cāpis,vineis,syl-
uis,quæ materiā,et ex ea redditum,sicut modicū,
ita statutū præstant.Sed hæc felicitas terræ,ibecil-
lis cultoribus fatigatur.Nam possessor prior ſæpi⁹
vendidit pignora,& dum reliqua colonorum mi-
nuit ad tempus,vires in posterū ex haſlit,quarū
defectione,rursus reliqua creuerūt.Sūt ergo iſtru-
endi eo plures,quod frugi mancipiis,nā nec ipſeſl
quāvinctos habeo,nec ibi quisquā ſupereret,vt ſciās
quāti uideātur poſſe emi.Sestertio tricies,nō quia
non aliquando quinquagies fuerūt.vcrū et hac pe-
nuria colonorum,et cōmuni temporis iniquitate,
ut redditus agrorū,ſic etiā pretiū retro abiit Quæ
ris an hoc ipsum tricies facile colligere poſſim⁹.Sū
quidem prope totus in prædiis,aliquid tñ fēnore,
nec moleſtū erit mutuari,accipiā a ſocru,cuius arca
non ſecus,ac mea vtor,Proinde hoc te nō moueat
ſicætera non refragantur,quæ veli quam diligen-
tissime examines.Nam cū in omnib⁹ rebus,tamen
in diſponendis facultatibus plurimum tibi,& yſſus,
& prouidentiæ ſupereret,Vale.

Eministi ne te s̄epe legisse, quantas conten
m tiones excitarit lex tabellaria, quantūq; ipsi
latori vel gloriæ, vel reprehensionis attu
lerit? At nunc in senatu sine vlla diss̄ sione hoc idē.
vt optimū placuit. omnes comitior̄ die tabellas po
stulauerūt. Excesseram⁹ sane manifestis illis, aper
tisq; suffragiis, licentiā concionū, non tempus loquē
di, non tacendi modestia, nō deniq; sedenti digni
tas custodiebatur. Magni vndiq; dissoniq; clamor
es, procurabant omnes cū suis candidatis, multa
agmina in medio, multiq; circuli, & indecora cofus
sio. Adeo desciueram⁹ a cōsuetudine paretū, apud
quos oīa disposita, moderata, tranquilla, maietate
loci, pudore m̄q; retinebāt. supersunt senes, ex quib
us audire soleo, hunc ordinem comitiorum. Cita
to nomine Candidati, silentiū sumū. Dicebat ipse p
se, vitā suā explicabat, testes, et laudatores dabant,
vel, eū sub quo militauerat, vel eū, cui quaestor fue
rat, velvtrunq; si poterat. Addebat qnoldā ex suf
fragatoribus. Illi grauiter & paucis loquebātur, pl⁹
hoc (quam preces) proderat, nonnunquam cādida
tus aut natale is cōpetitoris, aut annos, aut etiam
mores arguebat. Audiebat senat⁹ grauitate censō
ria, ita s̄epius digni, quā gratiosi preualebant. quā
nūc immodico fauore corrupta ad tacita suffragia,
quasi ad remediu decurrerunt, quod interim pla
ne remediu fuit. erat enim nouum, & subitū. Sed
vereor, ne procedēte tēpore ex ipso remedio vitia

nascatur. Est enim periculum, ne tacitis suffragis i
pudētia irrepat. Nam quanto cuicq; eadē honestatis
cura secreto, quæ palam. Multi famam, consciētiā
pauci verentur Sed nimis cito de futuris, interi bñ
ficio tabellarium habebim⁹ magistrat⁹ qui maxis
fieri debuerunt. Nā vt in recuperatoriis iudiciis, sic
nos i his comitiis quasi rep̄ te apprehēsi sinceri ius-
dices fuim⁹. Hæc tibi scripsi primum, vt aliquid no-
ui scriberem, deinde vt nō unquam de Rep. loque-
rer, cuius materiæ nobis quanto rarior, quā veteri
bus, occasio tanto minus omittēda est. Et Hercule
quousq; illa vulgaria, quid agis? Echo, ecquid cōmo-
de vales, habeāt nostræ quoq; literæ aliquid nō hu-
mīle, nec sordidum, nec priuatis rebus iclusū, sunt
quidem cuncta sub vnius arbitrio, qui pro vtilitate
cōmuni solus omniū curas, laboresq; suscepit, quē-
dā tamē salubri temperamēto, ad nos quoq; velut
riui ex illo beginnissimo fonte decurrūt, quos & hau-
tire ipsi, & absētibus amicis, quasi ministrare episto-
lis possumns. Vale.

C.PL.PRISCO SVO SALVTEM.

Vdio valerium Martiale deceſſisse. Et mo-
a leſte fero. Erat homo i geniosus, acut⁹, acer,
& qui plurimum in ſcribendo & ſalis ha-
beret & ſellis, nec candoris minus. proſecutis eram
vīatico ſe cedentē dederam hec amicitiæ, dederā
etia versiculis, quos de me cōposuit. Fuit moris an-
tiqui eos, qui vel ſingulorum laudes, vel vrbī ſcri-
pferāt, aut honorib⁹, aut pecunia ornare, noſtris ve-

so tempore ut alia speciosa, & egregia, ita hoc in
primis exoleuit. Nam postquam desumus facere lau-
danda, laudari quoque in eum putamus. Quæris,
qui sint versiculi, quibus gratiam retulerim. Remit
terete ad ipsum volumen, nisi quodam teneret. Tu
si placuerint hi cæteros in libro tequires. Alloquitur
mus, mandat, ut domum meam ex quiliis querat,
adeat reuerenter.

Sed ne tempore non tuo disertam
Pulses ebria ianuam videto.

Totos dat tetricæ dies mineræ
Dum centum studet auribus virorum,

Hoc, quod secula posteriæ possint
Arpinis quoque comparare chartis.

Seras tutior ibis ad lucernas,

Hæc hora est tuacum furit Lyæus.

Cum regnat rosa, cum madent capilli,

Tunc me vel rigidilegant Catones.

Merito ne eū, q̄ hæc de me scripsit, & tūc dimisi amissime, & nunc ut amicissimum defunctū esse doleo. Dedit enī mihi quantū maximū potuit, datum
rus ampli⁹ si potuisset, tametsi quid homini potest
dari maius, quam gloria, & laus, & æterni
tas! At non erunt æterna, quæ scri-

psit. Non erunt fortasse, ille

tamen scripsit tanquam
essent futura.

Vale.

CPL. SECUNDI EPISTOLA
RVM LIBER Q VARTVS.C.PL.FABATO PROSOCE
ROSVO SAL..

Vpis post longum tempus neptem tuā,
meq; vna videre ,gratum est vtriq; no-
strum,quod cupis ,mutuo mehercule.
nam iuicem nos incredibili quodamdesy-
derio vestri tñemur ,quod non vltra
differemus .Atq; adeo iam sarcinulas alligamus fe-
stinaturi ,quantū itineris ratio permiserit .Erit vna
sed breuis mora .deflectemus in Thuscos ,non vt
agros ,remq; familiarē oculis subiiciamus ,id enim
post poni potest .sed vt fungamur necessario officio
Oppidū est prædiis nostris vīcīnū ,nomen Tifernīū
Tyberīnū ,quod me pene adhuc puerū patronum
cooptauit ,tanto maiore studio ,qnāto minore iudi-
cio aduentus meos celebrat ,profectionibus angis-
tur ,honoribus gaudet .In hoc egoyt referrem gra-
tiām ,(nam vinci in amore turpissimum est,) tem-
plum pecunia mea extruxi ,cuius dedicationē cū
sit paratum ,differre lōgius irreligiosum est ,erim⁹
ergo ibi dedicationis die ,quē epulo celebrare cōsti-
tui .Subsistemus fortasse ,& sequēti die ,sed tāto ma-
gis viam ipsam corripiemus ,cōtingat mōte ,filiāq;
tuam forteis īuenire ,nam hilareis certum ē ,si nos
incolumēis receperitis .Vale .

Egulus filium amisiit, hoc vno malo indi-
gn⁹, quod nescio, an malū putet. Erat puer
acris iegeni⁹, sed ambigui, qui tamē posset
recta sectari, si patrem non referret. hūc Regulus
emancipauit, vt hæres matris existeret. Mācipatū
(ita vulgo ex morib⁹ hominis loquebātur) foeda-
& insolita parentibus indigentiae simulatione, ca-
ptabat incredibile, sed Regulum cogit⁹. Amissum
tñ luget insane. Habebat puer manulos multos,
& iūctos, & solutos, habebat canes maiores, mino-
resq;. habebat luscinias, psittacos, merulas, oēis re-
gul⁹ circa rogum trucidauit, nec dolor erat ille, sed
ostētatio, doloris. Conuenitur adeū mira celebrita-
te. Cuncti detestantur, oderunt, & quasi pbēt, qua-
si diligent, cursant, frequentant. Utq; breuiter, qđ
sentio, enūtiem, in regulo demerēdo, Regulū imi-
tantur. Tenet se trans Tyberim in hortis, i quib⁹ la-
tissimum solum porticib⁹ immensis, ripam statuis
suis occupauit, vt est in summa auaritia sumptuosus,
in summa iufamia gloriosus. Vexat ergo ciuitatēi
saluberrimo tēpore, & quod vexat solaciū putat.
dicit se velle ducere vxorem, hoc quoq;, sicut alia p-
uerse, audies breui nuptias lugētis, nuptias senis,
quoq; alterum immaturum, alterum letū ē. Vnde
hoc augurer, quæris? nō quia adfirmat ip̄e, quo mē-
daci⁹ nihil est, sed quia certum est regulū esse fa-
cturum, quicquid fieri non oportet. Vale,

C.PL.

C.PL HADRIANO SVOSAL

Vod semel ,atq; iterum consul fuisti ,s^{is}
 a antiquis ,quod precōsul Asiae ,qualis ante
 te ,qualis post te vixvnus ,aut alter ,nō ,si
 uit enim me verecūdia tua dicere nemo ,quod sā
 citate ,quod autoritate ,ætate quoq; pr̄inceps ciuita
 tis ,ē quidē venerabile ,& pulchrū ego tamē te vel
 magis i remissionibus miror .Nam seueritatē istā
 pari iucūditate cōdire ,summæq; grauirati tantum
 cōmitatis adiūgere ,nō minus difficile ,quam ma
 gnū ē ,id tu cum' incredibili quadam suavitate fer
 monum ,tū vel p̄cipue stylo adsequeris .nam &
 loquēti tibi illa Homerici ſentis mella profluere ,&
 quæſcribis completere apes floribus ,& in eſtere vidē
 tur .Ita certe ſum reſectus ipſe ,cū ḡeca epigram
 mata tua .cū iamboſ proxime legerem .quātū ibi
 humanitatis ,venustatis ,quā dulcia illa ,quā anti
 qua ,quā arguta ,quā recta .Callimachum me ,vel
 Herodem ,vel ſi quid hiſ melius ,tenere credebam
 Quoq; tamē ne uter vtrumq; āt absoluit ,aut attigit
 Hominē ne Romanum tam grāce loqui .Non me
 dius fidius ipsas Athenas tā Atticas dixerī .Quid
 multa ſinuideo grācis ,quod illorū lingua ſcribere
 maluisti ,neq; enī coiectura æget ,quid sermone pa
 trio exprimere poſſis ,cum hoc ,iſtitio ,& induſto ,
 tampræclara opera per feceris .Vale

C.PL SOSSIO SVOSAL .

c Aluifiu · nepotē va lidiffime ,diligo ,vīrum
 ūndūſtrium ,rectum ,diſertum ,quod apud
 g ii.

me vel potentissimū est Idem. Caluisium contuber
nalem meum, amicū tuū arcta propinquitate
complectūtur. est enim filius sororis. Hunc rogo se
menstri tribunatu splendidiorem, & sibi et auūcu-
lo suo facias obligabis me, obligabis Caluisium no-
strum, obligabis ipsū non minus idoneū debitorē,
quam nos putas. Multa beneficia in multos contu-
listi, ausim contendere nullum te melius, æq; bene-
vnum, aut alterum conlocasse. Vale.

C.PL SPARSO SVO SAL.

Eschinēn aiūt petētibus Rhodiis legisse ora-
tionem suam, deinde Demostenis summis
vtranq; clamoribus. Quod tantorum viro-
rum contigisse scriptis nō miror, cum orationē me-
am proxime doctissimi hoīes hoc studio, hoc adse-
su, hoc etiā labore per biduum audierit, quāuis in-
tentione eorum nūlla hīc, & inde collatio, nullū
quasi certamen accenderet. Nā Rhodii cū ipsis ora-
tionum virtutibus, tum etiā cōparationis aculeis
excitabantur. nostra oratio sine æmulationis gra-
tia probabatur. an merito, scies, cū legeris librum
cuius amplitudo nō sinit me longiore epistola præ-
loqui. oportet enī nos ī haccerte, in qua possumus
breueis esse, quo sit excusatius, quod librū ipsū nō
tū vltra causæ amplitudinem extēdim⁹. Vale.

C.PL NASONI SVO SAL.

Husci grandine excussi, in regione transpas-
dana, summa abundātia, sed paruilitas nuna-

etatur solum mihi Laurentinum meum i reditu. n*h*
*h*il quidem ibi possideo. præter tectum. & hortum
 statimque arenas. solum tame mihi in reditu. ibi eni
 plurimum scribo. nec agrum. quem non habeo. sed
 ipsum me studiis excolo. ac iam possum tibi. vt aliis
 in locis horreum plenum. sic ibi scrinum ostende-
 re. Igitur tu quocum sacerda. & fructuosa prædia con-
 cupiscis. aliquid in hoc litore para. Vale.

C.PL.LEPIDO SVO.SAL.

Aepe tibi dico messe vim Regulo. mirum
 est. quam effigiat. in quod incubuit. placuisse
 ei lugere filium. lugerat nemo. placuit statu-
 as eius. & imagines quam plurimas facere. hoc om-
 nibus officinis agit. illum colotibus. illum cera. illum
 aere. illum argento. illum auro. ebore. marmore effun-
 git. Ipse vero & nuper adibito ingenti auditorio lib-
 brum de vita eius recitauit. Tamen eundem librū
 in exemplaria transcriptum mille per totam Italiam.
 prouiciasque dimisit. Scripsit publice. vt a decurioni-
 bus eligeretur vocalissimus. aliquis ex ipsis. qui lege-
 ret eum populo. factum est. Hanc ille vim. seu quo
 alio nomine vocanda est intertio. quodquid velis optine-
 di. si ad potiora vertisset. quātū bōi efficere potum
 set. quāquā minor vis bonis. quā malis iest. ac sicut
 αὐτοὶ καὶ οὐδὲν πεποιησαντο. Λογισμοὶ δέ οκνούσαι
 per. ita recta ingenia debilitat ver ecudia. puer sacrafir-
 mat audacia. Exemplo est regulus. imbecillum latus
 confusum. hesitans lingua. tardissima iuētio. me-
 moria nulla. nihil denique præter ingenium insanum.

g ii



& tamen eo impudetia, ipsoq; illo furore peruenit;
vt a plurimis orator habeatur. Itaq; Hereni⁹ Sene-
cio mirifice Catonis illud de oratore in huc e cōtra-
rio vertit. Orator est vir malus dicē di imperit⁹. Nō
mehercule Cato ipse tam beneve^gz oratorē, quam
hic Regulū expressit. Habes ne, quo tali epistole pa-
rem gratiam referas, habes si scripseris nū aliquis
in municipio vestro ex sodalibus meis, nū etiā ipse
tu hunc luctuosū Reguli librū, vt circulator in foro
legeris? scilicet vt ait Demosthenes, ΤΗV ΦΩΥΗΓ:
ΓΗΘΩΣ, και λαριττιζω γ. ēenitā iept⁹, vt risū ma-
gis possit ex primere, quā gemitum. credas non de
puero scriptum, sed a puero. Vale.

CPL. ARRIANO SVO.S.

Ratularis mihi, quod acceperi auguratum.
g iure gratularis, primum quod grauissimi
principis iudicium in minoribus etiam re-
bus consequi pulchrū est, deinde quod sacerdotiū
ipsum cum priscum & religiosū, tum hoc quoq; fa-
crū plane & insigne est, quod non adimitur viuēti.
Nam cætera, quamquam dignitate propemodū pa-
ria, vt tribuuntur, sic auferuntur, i hoc fortur æ ha-
ctenus licet, vt dari possit Mihi vero etiā illud graz-
tulatione dignum videtur, quod successi iulio Frō-
tino principi viro, qui me nominationis die per hos
cōtinuos annos inter sacerdotes nominabat, tāquā
in locum suū cooptaret, quod nunc cumentus ita cō-
probauit, vt nō sortitū videretur. Te quidē (vt scri-
bis) hic maxime delectat auguratus meus, cōd. M.

Tullius angus fuit. Letaris enim. quod honoribus ei⁹ insitam. quem emulari in studiis cupio. sed uti nam. vt sacerdotiū. idem et consulatū. multo etiā iuuenior. quam ille sum consecutus. ita senex saltē ingeniū ei⁹ aliqua ex parte assequi possim. Sed nī mirum. quæ sunt in manu hominū. & mihi. & multis contigerunt. Illud vero. vt adipisci arduum. sic etia m̄ sperare nimium est. quod dari nō nisi a diis potest. Valc.

C.PL.VRSO SVOSAL.

Aussam per hos dies dixit Iulius Bassus hōmo laboriosus. et aduersis suis clarus. accusatus est sub vespasiano a priuatis duob⁹ ad senatum remissus. diu pependit. tandemq^z absolu tus. vīdicatusq^z est. Titū timuit vt Domitiani amicus a Domitiano relegat⁹ est. reuocatus a Nerua. sortitus/ q̄ Bithyniā/redit reus. accusatus nō min⁹ acriter. quā fideliter defēsus. varias sentētias habuit. plureis tamē. quasi mitioreis. Egit cōtra eū Pōponis Rufus. vir parat⁹ et vehemēs. Rufus successit Theophanes vnu ex legatis prīceps. fax accusatio nis & origo. respōdi ego. nū mihi Bassus iūxerat. vt totius defensionis fūdamenta iacerē. dicere de ornamentiis suis. quæ illi et ex generis claritate. & ex periculis ipsis magna erāt. dicere de cōspiratiōe delatorum. quam in quæstu habebant. dicere causas. quibus factiosissimum quenq^z. vt illū ipsū Theophanem offendisset. eundem me voluerat occur rerecrimini. quo maxie premebatur. i aliis enī quā

vis auditu grauioribus, non absolutione modo, ve-
rumentiam laudem merebatur. Hoc illū onerabat,
quod homo simplex, & incautus quædā a prouin-
cialibus, vt amicus acceperat. Nam fuerat in prouin-
cia eadē quæstor. hæc accusatores furtā, ac rapinas
ipse munera vocabat. Sed lex munera quoqz acci-
pi vetat. hic ego quid agerē? quod iter defensionis
igredererit, negare verebar, ne plane furtū videret-
ur, quod cōfiteri timerem, præterea rem manifestam
inficiari, augentis erat crīmē, non diluētis, præserti
cum reus ipse nihil integrum aduocatis reliquisset.
Multis enim, atqe etiā principi dixerat, sola se mu-
nuscula duntaxat natali suo, aut saturnalibus acci-
pisse, et plerisqz misisse, veniam ergo peterē? iugis-
larem reum, quē ita deliquisse concederē, vt ier-
uari, nisi venia, nō posset. tanquam recte factū tue-
ret, non illi profuisse, sed ipse impudēs extitisse.
In hac difficultate placuit mediū quiddam tenere.
Videor tenuisse actionē meam, vt prælia solet, nox
diremit, egeram horis tribus, & dimidia, superat
sesquihora. Nā cum e lege accusator sex horas, no-
uem reus accepisset, ita diuiserat tēpora reus inter
me, & eū, qui disturus posterat. vt ego quinqz hos-
ris, ille reliquis vteretur, mihi successus actionis silē-
tium finemqz suadebat. Temerarium est enim secun-
dis non esse contentū. Ad hoc verebar, ne me cor-
poris vires iterato labore desererēt, quē difficultē est
repetere, quam iungere. Erat etiā periculū, ne re-
liqua actio mea, & frigus deposita & tædium refū-
p̄z pataretur, vt enim faces ignē adsidua concus-

sione custodiunt, demissū ægerrime reparant, sic &
dicentis calor, & audiētis intentio, continuatione
seruatur, iter capedine, et quasi remissiōe lāguescit.
Sed Bassus multis precib⁹ pene ēt lacrymis obsecra
bat implerē meū tēpus, parui, vtilitatēq; ei⁹ prætuli
meæ, Bene cessit, inueni ita erectos animos Genaz
t⁹, ita recēteis, vt priore actione incitati magis, quā
satiati viderēt. Successit mihi Lucetius Albinus,
tam apte, vt orationes nostræ varietatē duarū, cō
textum vnius, habuisse credātur. Respondit Herē
nius Paliō instāter, & grauiter. Deinde Theopha
nes rursns, fecit enī hoc quoq; , vt cætera, impuden
tissime, qđ post duos, et cōsulares, & disertos, tēpus
sibi & quidē laxi⁹ vindicauit. Dixit in noctem, atq;
etiam in latiſ lucernis. Postero die egerunt pro Bas
so Homul⁹, & Fronto mirifice, quartū diem proba
tiones occupauerunt. Censuit Bæbius Macer cōſul
designatus lege repetūdarum Bassū teneri. Cepio
Hispo ſalua dignitate iudices dandos, vterq; recte.
Qui fieri potest inquis, cū tam diuersa consuerint
qui ſcilicet et Macro legē intuenti, consentaneu m
fuit dānare eum, qui contra legē munera accepe
rat, & Cepio cū putaret licere ſenatui, ſicut licet, et
mitigare leges, & intēdere, nō ſine ratione eveniam
dedit facto, vetito qđē, nō tñ inuſitato, præualuit ſe
tentia Cepionis. Quinimo cōſurgēti ei ad cēſendū
ad clamatū eſt, quod ſolet reſidētib⁹. Ex quo potes
aſtimare, quāto cōſensu ſit exceptū, cū diceret, q;
tam fluorabile fuit, cū dicturus videretur. Sunt ta
men v̄ in ſenatu, ita in ciuitate duæ partes hoim

iudicia diuisa. Nā qnibus sētentia Cepionis placuit, sententiā Macri ut rigidam, duramq; reprehendunt, quibus Macri illam alteram dissolutam, atq; etiam incongruētē vocant. Negant enim cōgruēs esse, retinere in senatu, cui iudices dederis. Fuit et tertia sententia. Valerius Paulin⁹ ad sensus Cepioni, hoc āpli⁹ censuit referendū de Theophane, cum legationem renuntiasset. Arguebatur enī multa in accusatione fecisse, quæ illa ipsa lege, qua Bassū accusauerat, tenerentur. Sed hanc sententiā cōfules, quanquam maximæ partis senat⁹ nūre probabatur non sunt persecuti. Paulinus tñ et iustitiae famā, et constantiae tulit. Misso senatu, Bassus magna hominū f. equētia, magno clamore, magno gaudio exceptus est. Fecerat eū fauorabilē renouata discrimen vetus fama, notūq; periculis nomine, & in prospero corpore mœsta, & iqualida senectus. habebis hanc interē epistolam προἈρούρον expectabis orationē plenā, onustāq; expectabis diu neq; leuiter, et cur sim, vt de re tāta retractāda est. Vale.

C.PL. SABINO SVOSAL.

Cribis, mihi Sabinā, quæ nos reliquit hæredes, Modestum seruum suum nūquam liberū esse iussiſc, idem tñ sic ad scripsiſse, legatum Modesto, quēliberū esse iussi. Quæreris quid sentiam, contuli cū prudētibus, conuenit inter omnes, nec libertatem deberi, quia nō sit data, nec legati, quia ieruo suo dederit. Sed milii manifestior videtur, ideo puto nobis quasi scripserit Sabi

na faciendū, quod ipsa scripsisse se credidit. Cōfido
accessurum te sententiae māe. Cum religiosissime so-
leas custodire defunctorū voluntatē, quam bonis
hāredib⁹ intellexisse pro iure est. Neq̄enī minus
apud nos honestas, quā apud alios necessitas valet
moretur ergo in libertate sūmentibus nobis, frua-
ut legato quasi omnia diligētissime cauerit, cauit
enim, quā hāredes bene elegit. Vale.

C.P. MINICIANO SVOSAL.

Vdisti ne valeriu Licinianū in Sicilia profite-
ri: Non dum te puto audisse. Est enim re-
cens nuntius prætorius, hic modo inter elo-
quentissimos cauſarū actores habebatur. Nūc eo
decidit, vt exul de senatore, rhetor de oratore fieri
ret. Itaq; īpē in p̄fatione dixit dolenter, & grauiter
Quos tibi fortuna ludos pacis, facis enī ex p̄fesso-
rībus senatores, ex senatorib⁹ professores. Cui sen-
tentiae tm̄ bilis, tm̄ amaritudinis inest, vt mihi vi-
deatur, ideo profesus, vt hoc diccret. Idem cū grā
co pallio amictus intrasset (carent enim togę iure,
quibus aqua & igni interdictum est) postquā se cō-
posuit. circū pexitq; habitū suum, latine, inquit, de-
clamaturus tū dicens tristia & miseranda. Dignū
tamen illum, qui hēc ipsa studia incesti scelere ma-
cularit. Confessus est quidem īcestum, sed in certū
vtrum quia verū erat, an quia grauiora metuebat
si negasset. Fremebat enī Domitianus, estuabatq;
ingenti inuidia, destitutus, nam cum Cornelīā Ma-
ximillam vestalem defodere, viuā cupisset, vt qui

Illustrari seculum suū eiusmodi exemplo arbitrare
etur Pontificis maximi iure, seu poti⁹ imanitate ty-
ranni, licentia domini, reliquos pontifices non i res-
giā sed in Albanam villam cōuocauit nec minore
scelere, quam quod vlcisci videbatur absentem, in-
auditāq; damnauit incæsti ,cum ipse fratrisfi-
liam incæsto, nou polluisset solum , verum etiam
occidisset . Nam vidua abortu peritmisū statim
pontifices, qui defodiendam , necādamq; curaret
Illa nūc ad vestā nūc ad cæteros deos man⁹ tēdēs,
multa, sed hoc frequētissime clamitabat. Me Cæsari
cæstā putat. qua sacra faciēte vicit, triūphauit, blādis-
ens hæc, an irridens ex fiducia sui, an ex comtēptu
principis dixerit dubium est, dixit donecad suppli-
cium nescio an innocens certe tanquā nocens du-
cta est. Quinetiam cū in illud subterraneum cubi-
culū demitteretur, hæsusq; descendēti stola, ver-
tit se, ac recollegit, cūq; ei carnifex manū daret,
auersata est, et resiluit, foedūq; contagiu quasi pla-
ne a cæsto, puroq; corpore nouissima sanctitate reie-
tit, oībusq; numeris pudoris. πολλάνη πρόνοιαγ
εσχεντική μωσεος εν. p̄terea celer eques
romanus, cui Cornelia obiciebatur. cū in comitio
virgis cæderetur, in hac voce perstiterat, qđ feci!
nihil feci. Ardebat ergo Domitian⁹ & crudelitatis,
& iniquitatis infamia, arripit Licinianū, qđ in agris
suis occultasset Corneliae libertā. Ille ab iis, quibus
erat curæ, p̄monetur, si comitiū & virgas patinol-
let, ad cōfessionē cōfugeret, q̄si adveniā, fecit, locut⁹
est p̄ absēc Herēni⁹ Senecio tale quiddā, quale ē,

Iudicemus etiam pro Licio. Ait ei ex adiuvato nūti⁹
 factus sum Recensuit Licinian⁹, gratū hoc Domitias
 no, adeo quidem, ut gaudio proderetur, diceretq;
 absoluīt nos I icinianus, a diecīt etiā non esse vere
 cū diæ eius instādū, ip̄i vero perm̄it, si qua possit,
 ex rebus suis raperet ante, quā bona publicaretur,
 exiliūq; molle, velut præmiū dedit. Ex quo tamē
 postea clementia Diui Neruæ translatus est in Sici
 liam, vbi nunc proficitur, seq; de fortuna præfa
 tionibus vindicat. Vides, quam obsequēter pareā
 tibi, qui non solū res urbanas, verum etiā peregrī
 nas tam sedulo scribo, ut altius repetā, et sane puta
 bam te, quia tunc abfuiſti, nihil aliud de Liciniano
 audisse, quā relegatum ob incæstum. Summā enī
 rerum nuntiat fama, non ordinē. Mereor, ut viciſ
 sim quid in oppido tuo, quid in finitimus agatur (ſo
 lent enim notabilia quædam incidere,) perſcribas.
 Deniq; quidquid voles, dūmodo non minus lōga
 epistola nunties, ego non paginas tantum, ſed etiā
 versus, syllabasq; numerabo. Vale.

C.PL. ARRIANO SVOSAL.

Mas Egnatium Marcellinum, atq; etiā mi
 hi ſæpe commendas, amabis magis, cōmē
 dabifq; ſi cognoueris recens eius factum.
 Cū in prouincia quæſtor exiſſet, ſcribāq; qui forte ob
 tigerat, ante legitimū ſalarii tēpus amillifſſet quod
 acceperat ſcribæ daturus, intellexit, & ſtatuit ſubſi
 dere apud ſe non oportere. Itaq; reuersus. Cæſarē,
 deinde Cæſare autore, ſenatum consuluit, quid

fieri de salario vellet. parua questio, sed tamen que
 stio. Hæredes scribere sibi, prefecti etario, populoq; vin
 dicabant, acta causa est. dixit hæredum aduocat⁹,
 deinde populi, ut erg; percomode. Cetius Strabo
 etario censuit inferendum. Bæbius Macer hæredi
 bus dandum, obtinuit Strabo. Tu lauda Marcellia
 nū, vt ego statim feci, quāuis enī abunde sufficiat
 illi, q; est & a principe, & a senatu probatus, gau-
 bit m̄ testimonio tuo. Omnes enī, qui gloria, fama
 q; ducuntur, mirum in modū alienio, & laus a mi-
 noribus etiam profecta delectat. Te vero Marcelli
 nus ita veretur, vt iudicio tuo plurimū tribuat. ac-
 cedit his, quo d̄ si cognouerit factum suum isto vīq;
 penetrasse, necesse est laudis suae spatio, & cursu, &
 peregrinatione lætetur. Etenī nescio quo pacto vel
 magis hoīes iuuat gloria lata, quā magna. Vale.

PL. TACITO SVO SAL.

Aluum te in vrbē venisse gaudeo, venisti
 autem si quando alias, nunc maxime mihi
 desideratus, ipse pauculis adhuc diebus in
 Tusculano commorabor, vt opusculum quod est in
 manibus, absoluā. Vereor enim, ne si hanc intētio
 nē ī fine laxauerō, ægre resumā, interim nequid
 festinationi meę pereat, quod sū presens petiturus.
 hac quasi preceptoria epistolo rogo, sed pri⁹ accipe
 cauſas rogandi, deinde ipsū, quod peto. Proxime
 cum in patria mea fui, venit ad me salutandū mu-
 nicipis mei fili⁹ pretextat⁹, huic ego studes inquā?
 respondit etiam, ubi Mediolani, cur non hīc & pa-

ter eius, erat enim vniā. atq; etiam ipse adduxerat
puerum, quia nullos hic præceptores habem⁹. qua
re nullos, nam vehementer intererat vestra, qui pa
tres estis. & opportune, cū plures patres audiebāt.
liberos vestros hic potissimum discere. Vbi enī aut
iucundius morarentur, quam in patria, aut pudis
cius contineretur, q̄ sub oculis parētū, aut minore
sumptu, quā domi, quantulū est ergo collata pecu
nia conducere præceptores, quodq; nūc i habitatio
nes, in viatica, in ea, quæ peregre emuntur, ipendi
tis, adiicere mercedib⁹, atq; ego, qui nondū liberos
habeo, paratus sum pro Rep. nostra, quasi p filia,
vel parente tertīā partem eius, quod cōferre vobis
placebit, dare. Totum etiam pollicerer, n̄ sitimerē
rie hoc munus meum quandoq; abitu corrūperē
tur, vt accidere multis in locis video, in quib⁹ præce
ptores publice conducūtur, huic vitio nō remedio
occurri potest. si parentibus solis ius cōducēdī relin
quatur, iisdēq; religio recte iudicādi necessitate col
lationis addatur. Nam qui fortasse de alieno negli
gentes, certe de suo diligentes erūt. dabūtq; opera
ne eam pecuniā nō nisi dignus accipiat, si acceptus
rus, & ab ipsis erit, proide cōsentite, cōspirate, maio
rēq; animū ex meo sumite, quicupio esse quamplu
rimū, quod debeā conferre. Nihil honestius præ
stare liberis vestris, nihil grati⁹ patriæ potestis. edu
centur hic, qui hic nascuntur, statimq; ab infantia na
tale solum amare, frequentare cōfuescant. atq; vt
nam tā claros præceptores inducatis, vt in finitimiſ
oppidiſ studia hinc petantur, vtq; nūc liberi vestri

allenā in loca, ita mox alieni in hūc locum cōfluāt.
Hæc putauī altius, & quasi a fonte repetenda, quo
magis scires, quam gratū mihi foret, si susciperes,
quod iniungo, iniungo autē, & pro rei magnitudi-
ne rogo, ut ex copia studiorū, quæ a te ex admirā-
tione ingenii tui cōuenit, circū pīcias præceptores,
quos sollicitare possimus, sub ea tamen cōditioē, ne
cui fidem meam obstringam, omnia ei libera parē-
tibus seruo. Illi iudicent, illi eligant, ego, mihi curā-
tantum, & impēdiū vindico. Proinde, si quis fuerit
repertus, qui ingenio suo fidat, eat illuc, ea lege, ut
hinc nihil aliud certū, quā fiduciā fuā ferat, Vale.

CPL, PATERNO SVO SAL.

V fortasse orationem, ut soles, & flagitas, &
expectas, at ego quasi ex aliqua peregrina,
delectaq; merce lusus meos tibi prodo. Ac-
cīpies cū hac epistola hendecasyllabos nostros, quis
bus nos in vehiculo, in balneo, inter cœnā oblecta-
mus, otium tēporis his locamur, ludim⁹, amamus,
dolemus, querimur, irascimur, describim⁹ aliquid
modo pressius, modo altius, atq; ipsa varietate tēta-
mus efficere, ut alia aliis, quædā fortasse oībus pla-
ceat. Ex quibus tamē si nonnulla tibi paulo petulā-
tiora videbūtur, erit eruditiois tuæ cogitare sūmos
illos, & grauissimos viros, qui talia scripserunt, non
modo lasciuia rerū, sed ne verbis quidem nudis ab-
stinuisse, quæ nos refugim⁹, nō quia seueriores, un-
de enī, sed quia timidiiores sum⁹: Scimus aliq; hu-
ius opusculi illā esse verissimam legem, quam Cas-

tullus expressit.

Nam castum esse decet piūm poetam

Ipsūm, versiculos nihil necesse est,

Qui tunc deniq̄ habent salēm, & leporem,

Si sint molliculi, & parū pudici.

Ego quanti faciā iudicium tuum, vel ex hoc potes
 æstimare, quod malui omnia a te pensitari, quā ele-
 cta laudari. Et sane, quae sunt commodissima, desia-
 nunt videri cum paria esse cæperūt. Præterea sapī-
 ens, subtilisq; lector debet nō diuersis cōferre diuer-
 sa, sed singula expēdere, nec deterius alio putare,
 qđ est in suo genere perfectū. Sed quid ego plura?
 Nam longiore præstatione vel excusare, vel cōmen-
 dare, ineptias ineptissimū est. Vnum illud predicen-
 dū videtur, cogitare me has rugas meas īscribere.
 Hēdecasyllabi, qui titulū sola metri lege constringi-
 tur. Proinde siue epigrā mata, siue edullia, siue eco-
 gas, siue (vt multi) poemata, seu quod aliud vocare
 malueris, licebit vcces. Ego tantū Hēdecasyllabos
 præsto. A simplicitate tua peto, qđ de libello meo
 dictur? es aliis, mihi dicas. neq; ē difficile, quod po-
 stulo. Nam si hec opusculum nestrū, aut potissimū
 esset, aut solū, fortasse posset durum videri dicere.
 quāre quod agas, Molle & humanū est. habes qđ
 agas. Vale.

C.PL.FVNDANO SVO.S.

15
 Iquid omnino, hoc certe iudicio, quod

Afiniū Rufum singulariter amo. Estho-

mo eximi⁹, & bonoꝝ amantissim⁹. Cut

enī nō me quoq; iter bono s numerem! Idem Cor
nelium Tacitū scis quem virum ,arcta familiarita
te complexus est, proinde si vtrumq; nostrum pro
bas ,de Rufo quoq; necesse est idē sētias ,cum sit ad
cōnectēdas amicitias vel tenacissimum vīculū mo
rum similitudo Sunt ei liberi plures, Nam in hoc
quoq; functus ē optimiciuis officio ,quod secundi
tate vxoris large fui voluiteo seculo ,quo pleriq;
etiā singulos filios orbitatis præmia graueis faciūt,
quibus ille despectis, aut quoq; nomen adsupsit' Est
enīm auus et quidē ex Saturio Firmo ,quem dili
ges ,vt ego ,sivt ego proprius iiplexeris . Hæc eo pti
nēt ,vt scias ,quā copiosam ,quam numerosam do
mū vno beneficio sis obligatus ,ad quod petēdū
voto iprimū ,deide bono quodam omine adduci
mur . Optamus enim tibi ,ominamurq; in proximū
ānū Cōsulatum . Ita nos virtus tua et iudicia Princi
pis augurari volunt . Concurrit autē ,vt si eodem
anno quæstor maxius ex liberis Rufi Asinius Bas
sus iuuenis ,nescio an dicā ,quod me pater ,et sētis
& dicere cupit ,adulescētis veterecundia vetat . ipso
patre melior . Difficile ē ,vt mihi de absēte credas ,
quāquam credere soles omnia . tantū in illo indu
strie ,probitas ,eruditio[n]is ,īgenii ,studii ,meōriæ
deniq; esse ,quantū exptus iuuenies . Vellem tam
ferax seculū bonis artibus haberemus ,ut aliquos
Bassio præferre deberes . Tū ego te prim⁹ hortater
monerēq; ,circūferres oculos ,ac diu pēsitates ,quē
potissimum eligeres . Nūc vero . sed nihil volo de az
mico meo adrogati⁹ dicere ,hoc solū dico dignū eā

Iuuensem, quem more maiorum in filii locum adsumas. Debent autem sapientes viri, ut tu, taleis, a re pub. liberos accipere, qualeis a natura solum optare. Decorus erit tibi Consuli quæstor patre prætorio, propinquis cōsularib⁹, quibus, iudicio ipsorum, quanquam adolescentulus adhuc, iam tamē in uicē ornameuto est. Pro idē indulge p̄cibus meis obn̄e quere cōsilio, & āte omnia, si festinare video, ignoscere, primū quia votis suis amor plerūq; p̄acurrit, deinde, quod in ea ciuitate, in qua omnia, quasi ab occupantib⁹ aguntur, quæ legitimū tēpus expectant, non matura, sed sera sunt. In summa quod rerum, quas adsequi cupias, p̄a sumptio ipsa iucūda est. Reuereatur iam te Basilius ut consule. Tu dilige illū, ut quæstorem. Nos deniq; vtriusq; vestrū amātissimi, duplīci lætitia perfuamur. Etenim cū sic te sic Cassum diligamus, vt & illum cuiuscunq; & tuum quēcūq; quæstorem in petēdis honorib⁹, omni ope, omni labore, gratia simus iuuaturi, per quam iucūdum nobis erit, si in eundem iuuensem studiū vestrum & amicitiæ meæ, & consulatus tui ratio contulerit. si deniq; precibus meis tu potissim⁹ adiutor accesseris, cuius senatus et suffragio libertissime indulgeat, & testimonio plurimum credat. Vale.

CPL. VALERIOPAVLINO SVO. S.

Aude meo, gaude tuo, gaude etiā publico
g noie. Adhuc honor studiū durat, proxime
cum dicturus apud Cētum uiros esse, ad-
eūdi milii locus, nisi a tribunali, nisi per ipsos iudi-

ces non fuit, tanta stipatione cetera tenebatur. Ad hoc quidam ornat⁹ adulescēs, scissis tunicis, vt in frequentia solet, sola velatus toga, perstitit, &c. quidē horis septem, Nam tandem dixi, magno cū labore, sed maiore cū fructu. Studeam⁹ ergo, nec desidi e nostra prætendamus alienā. Sunt qui audiant, sūt qui legant, nos modo dignum aliquid auribus, di gnum chartis elaboremus.

C.PL.GALLO SVO SAL.

Tadmones, & rogas, vt suscipiam absentis
 e Corelliae causam contra, C. Cœ. ilium consulem designatum. Quod admones, grātias ago, quod rogas, queror, admoneri ei debeo,
 vt sciam, rogari non debeo, vt facia, quod mihi non
 facere turpisimum ē. An ego tueri Corelli filia dubitem! Est quidem mihi cum isto, cōtra quē me ad
tis infract⁹ est, quo plureis, grauiorisq^z nobis causas relinqueret, & desyderii, et doloris. O triste plane, acerbumq^z funus, morte ipsa mortis tēpus indignus. Iā destinata erat egregio iuueni. Iā electus nuptiarum dies. Iam nosvocati, Q uod gaudium, quo mærore mutatū est? Non possum exprimere verbis quantū aio vulnus acceperim, cum audiui Fundanū ipsum, vt multa, luctuosa dolor inuenit, p̄cipientē, quod in vesteis, margaritas gemmas fuerat erogatus, hoc in tura, & vnguēta, & odores impēderetur. Est quidē ille eruditus, & sapiens, vt qui se ab ineunte ætate altioribus studiis, artibusq^z dediderit, sed nūc omnia, quæ audiit, s̄æpeq^z dixit, aspernatur, expulsisq^v irtutib⁹ aliis, pietatis est tot⁹. Ignoscet, laudabis etiā, si cogitaueris quid amiserit. Amisit enim filiam quæ nō minus mores eius, quā os, vultumq^z referebat, totumq^z patrem mira similitudine exscriperat. Proinde siquas ad eū de dolore tā iusto literas mittes, memēto adhibere solatiū, nō q̄si castigatorū, & nimis forte, sed molle, & humanū. Q uod vt facilius admittat, multū faciet medii tēporis spatium. Ut enim crudum adhuc vulnus, medentiū manus reformidat, deinde patitur, atq^z vltro requirit, sic recēs animi dolor cōsolutiones reiicit, ac refugit, mox desyderat, & clementer admotis adquiescit. Vale.

C.PL, SPVRINNAE SVO.S.

17

Cio quātoopere bonis artib⁹ faueas, quā
s tum gaudiū capias, si nobiles iuuenes di

gnum aliquid majoribus suis faciant. quo se finanz
tius nuntio tibi fuisse me hodie i auditorio Calpur
ni Pisonis. Recitabat κατασερπο μων eruditā
sane luculentāq; materiā (scriptae legis erat) fluēti
b^o m teneris et enodibus sublimibus etiā, vt popo
scit locus. Aptē enī et varie nunc attollebatur, nūc
residebat, excelsa depresso, exilia plenis seueris iu
cūda mutabat, omnia ingenio pari. Cōmēdabat hēc
voce suauissima, voce vere cūdia, multū sanguinis,
multū solicitudinis in ore, magna ornamēta recitā
tis. Etenī nescio, quo pacto magis in studiis hoies ti
mor, quā fiducia decet. Ne plura, quāquā libet plu
ra, quo sūt pulchriora de iuuene. rariora de nobili
recitatione finita, multū, ac diu exsculat^o adulescen
tē, qui est acerim^o stimul^o monēdi, laudibus
incitaui, pergeret, qua cœpisset, lumenq; p̄sibī ma
iores sui prætulisset, posteris præferret. Gratulatus
sū optimæ matri, gratulat^o et fratri, qui ex audito
rio illo non minorē pietatis gloriā, quā ille alter elo
quētiae tulit. iā nobiliter pro fratre recitante primū
merus eius. mox gaudiū eminuit. Dii faciant, vta
lia tibi s̄epius nuntiem. faueo enī seculo, ne sit steri
le, et effoetū, mireg^cuplo, ne nobiles nostri nihil i
domibus suis pulchrū, nisi imagines habeant, quæ
nūc mihi hos adulecentis tacite laudare, ad hor
tari, & quod amborum gloriæ satis magnū est, ad
gnoscere videntur. Vale.

CPL. MACRO SVO.S.

b Ene est mihi, quia tibi bene est. habes uxor
rem tecum, habes filium, frueris mari, fon
k iii

tibus, Viridibus, Agro, villa amoenissima. neq; eni
dubito esse amoenissimā, in qua se composueratho
mo felicior ante, quā felicissimus fieret. Ego in Tu
scis et venor, et studeo, quæ interdū alternis, et in-
terdum simul facio. nec tñ adhuc possum pronūtia-
re, vtrum sit difficilius capere aliquid, an scribere.
Vale.

C.PL.PAVLINO SVO.S.

Ideo, quā molliter tuos habeas, quo simpl
v cius tibi cōsitebor, qua indulgētia meos tra-
ctē, est mihi sēper in animo, et Homericū il-
lud πατρός Δωσητού Κεν et hoc nostrū, pater
familias. q; si effe natura asperior, et durior, frāgee-
ret me tñ infirmitas Liberti mei Zosimi. Cul tanto
maior humanitas exhibenda est, quanto illa magis
eget, homo prob⁹, officiosus, literatus, et ars quidē
eius, & quasi inscriptio comœdus, i qua plurimum
facit. Nā pronuntiat acriter, sapiēter, apte, decēter,
etiā vtitur et cithara perite vltra, quā comœdo ne-
cessē ast. Idem tā commode orationes, & historias,
et carmina legit. vt hoc solū didicisse videatur. hæc
tibi sedulo exposui, quo magis scires, quam multa
vn⁹ mihi, quā iucūda ministeria præstaret. accedit
huc lōgalam caritas hominis, quam ipsa pericula
auxerunt. Est enī a natura cōparatū, vt nibil aequē
amorem incitet, et accendat, quam carēdi metus,
quem ego pro hoc non semel patior. nam ante alii
quot annos, dū intente, iuslanterg; pronuntiat, sā-
guinē relegi, tatk; ob hoc ī Aegyptū missus, a me

post longam peregrinationem confirmatus, rediit nuper, deinde. dum per continuos dies, nimis iperat voci, veteris infirmitatis tuſſicula admonitus, rurſus ſanguinē reddidit. Quia ex cauſa destinaui eū mittere in prædia tua, quæ Foroiuli poſſides. audiui. n. te ſæpe referentem eſſe ibi, & aera ſalubrē. & iu huiusmodi curationib⁹ accōmodatiſſimū. togo ergo ſcribas tuis, vt illi villa, vt domus pateat. offerrant etiā ſūptibus ei⁹, ſi quid opus erit, erit autē op⁹ modico. eſt enim tam parcus, & continenſ, vt nō ſolum delicias, verū etiā neceſſitates valetudinis frugalitate reſtringat. ego proficiſcēti tñ viatici dabo, quantum ſufficit eunti in tua. Vale.

C.PL.VRSO SVOSAL.

Terum Bithyni, breue tempus, a Iulio Baso, et Rufiū Varenū pro conſulem detulerunt. Varenū quem nuper aduersus Basum aduocatum, & poſtularant et acceperant, idu-
cti in ſenatum, inquiftionem poſtulauerunt. Vare-
nus petit, vt ſibi quoq; defectionis cauſa euocare
teſtes liceret, recuſantibus Bithynis, cognitio ſuſcep-
ta eſt. Egi ego pro Vareno non ſine euentu, nam
bene, an male, liber iudicabit. In actionib⁹ enī vtrā
q; in partē fortuna dominatur, multū cōmendatio-
niſet detrahit, & adfert memoria, vox, geſtus, ſē-
pus iſum, poſtremo vel amor, vel odium rei, liber
offenſis, liber gratia, liber et ſecūdis caſibus, et ad-
uersis caret. Reſpōdit mihi Fonteius Magnus vn⁹
ex Bithynis, plurimis verbis, paucimis rebus, eſt
kiui

plerisq; græcorum, vt illi, pro copia, volubilitas, tā longas, tāq; rigidas periodos vno spiritu quali tor rente contorquent. Itaq; Iulius Candidus non iue nusste solet dicere, aliud esse eloquētiā, aliud loquētiam nam eloquentia uix vni, aut alteri, imo si narco Antonio credimus, nemini. hæc vero, quā Cādīdus loquentiā appellat, multum, atq; etiā impudenter tissimo cuiq; maxime cōtigit. Posterodie dixit pro Vareno Homull' callide, acriter, culte. cōtra Nigrinus presse. grauiter. ornate. Censuit Acilius Rufus consul designatus inquisitionē Bithynis dandā, postulationē Vareni silentio præteriit. hæc forma negandi fuit. Cornelius Priscus consularis et accusatoribus, quæ petebāt, et reo tribuit, vicitq; numero, impetravimus rē, nec lege comprehensā, nec satis visitatam. iustam tamen, quare iustam, non sū epistola exsecuturus, vt desyderes actionē. Nā si verū est Homerciū illud τὴν γαρ αὐτὴν μαλλον επικλειουσ' αγθροποι, ἡτερ ακουούτεσθι νεω τάτη αμφ: πεληται puidēdū e mihi ne gratiā nouitatis & florē, quæ oratiūculā meā vel maxime cōmēdabat, e pistole loquacitate præcerperā. Vale.

C.PL.RVEO SVOSAL.

Escenderam in basilicam Iuliani, auditur
d quibus proxima comperendinatione respon-
dere debebam. sedebant iudices, centum
uiri venerant. obuersabant aduocati, silentium lō-
gum, tandem a praetore nuntius, dimittuntur cen-
tūlī, eximitur dies, me gaudēte, qui nunquā ita

paratus sū, ut non mora læter. cā dilationis Nepos
 prætor, qui legibus q̄rit. proposuerat breue edictū
 ad monebat accusatores, ad monebat reos, ex ser-
 cuturū se, quæ senatusconsulto continerentur, sub
 erat edicto senatusconsultū hocoēs, qui quid negdii
 h̄erent, iurare prius, quam agerent, iubebantur. nī
 hil se ob aduocationem cuiquam dedisse, promisiſ
 se, cauiffe. his enim yerbis, ac mille præterea etveni
 re aduocationes, et emi vetabātur. Peractis tñ ne-
 gotiis, permittebātur pecuniam dūtaxat decē mil-
 liū dare hoc facto Nepotis, cōmot⁹ prætor, q̄ cētū =
 uir alib⁹ præsidet, deliberatur⁹, an sequeretur exēs
 plū inopinatum, nobis otium dedit. interim tota ci-
 uitate Nepotis edictū carpitur, laudatur. multi, In
 uenimus, qui curua corrigeret, quid ante hūc, præ-
 tores non fuerunt, quis autē hic est, qui emēdet pu-
 blicos mores? Alii contra, rectissime fecit initurus
 magistratū, iura cognouit, senatusconsulta legit, re-
 primit scđissimas pactiones, rē pulcherrimam tur-
 piſſime venire non patitur. tales vbiq; ſermones,
 qui tñ alterutram in partem ex euētu præualebūt,
 est omnino iniquū. sed vsu receptū, quod honesta
 cōſilia, vel turpia prout male, aut prospere cedūt,
 ita vel probantur, vel reprehenduntur. In-

de plerung; eadem facta modo dili-
 gentiæ, modo vanitatis, modo

libertatis, modo furoris

nomen acci

plunt.

Vale.

C.PL.SECVNDI EPISTOL A
RVMLIBER SEXTVS.

C.PL TI RONI SVOSAL.

Vandiu ergo trans Padum, tu in Piceno, minus te requirebam. Post, quā ego in urbe, tu adhuc in piceno, multo magis. Seu quod ipsa loca, in quib⁹ esse una solemus, acrius me tui commonent, seu quod defyderium absentiū nihil perinde, ac vicinitas acuit. Quoq; proprius accesseris ad spem fruēdi, hoc impatientius careas. quidquid in causa, eripe me huic tormento. Veni, aut ego illuc, vnde incōsulte properauī, reuertar, vel ob hoc solū ut experiar, an mihi, cum sine me Romæ cooperis esse, simileis his epistolas mittas. Vale

.C.PL ARRIANO SVO.S.

Oleo non unquam in iudiciis quærere Marcū Regulū, volo enim dicere defycrare, cur ergo quærer, babebat studiis honorē, timesbat, pallebat, scribcbat, quamuis nō posset dedisse illud ipsum, quod oculum modo dextrum, modo sinistrū circunlinebat, dextrum, si a petitore, alterum, si a possessore esset acturus, quod Candidū splenium in hoc, aut illud superciliū transferebat, quod seper haruspices consulebat de actionis euētu, animi superstitione, sed tamen & a magno studio & honore veniebat, iam illa perquam iucunda

vna dicentibus, q̄ libera tēpora petebat, quod au-
dituros cōrogabat. Quid enī iucundius, quam sub
alterius inuidia, quandiu velis, et in alieno auditio-
rio, quasi deprehensū, cōmode dicere, sed ut cunq;
se habent ista, bene fecit Rugul⁹, quod est mortu⁹.
melius si ante, nunc enī sane poterat sinc malo pu-
blico viuere sub eo principe, sub quo nocere nō po-
terat. Ideo fas est, non unquam eum quærere. Nā
postquā obiit ille, increbuit passim, et inualuit cons-
uetudo, binas, vel singulas clepsydras, interdū &
dimidias et dandiet p̄tendit. Nā et qui dicit, egis-
se malunt, quam agere, et qui audiunt, finire, quā
iudicare tanta negligētia, tantadē fidia, tāta deni-
q; in reuerentia studiorū, periculorumq; est. an nos
sapiētores maiorib; nostris? Nos legib; ipsiſ iu-
stiores, quae tot horas, quae tot dies, tot cōperēdina-
tiones largiūtur, hebetes illi, et supra modū tardis
nos apertius dicim⁹, celetius intelligim⁹, religiosi⁹
iudicam⁹, quia paucorib; clepsydris præcipitamus
caussas, quam cōlebus explicari solebant. O Regu-
le, qui iā ambitione ab omnibus obtinebas, quod
fidei paucissimi præstāt. Evidem quoties iudico,
quod vel s̄epius facio, quam dico, quantū quis plu-
timum postulat aquæ, do, etenim temerariū existi-
mo diuinare, quam spatioſa sit cauſa inaudita, tē-
pusq; negocio finire, cuius modū ignores, præserti
cum primā religioni sue iudex patientiam debeat.
quæ pars magna iustitiae est. At quædā superuacua
cua dicuntur etiā, sed satius est et hæc dici quā non
dici necessaria. Præterea, an sit superuacua, nifīcū,

audieris, scire nō possis. Sed de his melius corā, vt
de pluribus vitiis ciuitatis. Nā tu quoq; amore cō-
muniū soles emēdari cupere, quæ iam corrigerē
difficile est. Nūc respiciam⁹ domos nostras Ecquid
oīa in tua recte in mea noui nihil. mihi autem &
gratiōra sunt bona, quod perseverat, & leuiora in-
commoda, quod assueui. Vale.

C.PL.VEROSVO·S.

Ratias ago, quod agellū, quē nutriti meæ
g donaueram, colendū suscepisti. Erat, cū do-
narem centum millium numum, postea, de-
crecente redditū, etiam pretiū minuit, quod nūc,
te curante, reparabit. Tu modo memineris cōmen-
dari tibi a me non arbores, & terrā, quanquā hæc
quoq; sed munusculū meum quod esse quam frus-
ctuosissimum nō illius magis interest, quæ accepit.
quam mea. qui dedi. Vale.

C.P.CALPVRNIAE SVAE.S.

Vnquam sum magis de occupationib⁹ me-
n is questus quæ me nō sūt passæ, aut profici-
scentem te valetudinis caussa in Cāpaniam
prosequi, aut profectā, e vestigio subsequi. Nūc eni-
præcipuæ simul esse cupiebā, vt oculis meis crede-
rē, quid viribus, quid corpusculo adparates, & qui
deniq; secessus, voluptates, regionisq; abūdātiā in
offensa trāsmitteres. Evidem etiā fortē te non
sine cura desiderarem. Est enim suspensum, & an-
xiūm de eo, quē ardētissime diligas, interdum ni-

hil scire Nunc vero me cū absentiæ tū infirmitatis
tuæ ratio incerta & varia solicitudine exterret. ve
reor oīa quæq; natura metuētum est ea maxime
mihī qnæ maxime abominor. fingo. quo ipenfius
rogo. vt timori meo quotidie singulis. vel etiā bis
nis epistolis cōsulas. ero enim securior. dnm lego.
statimq; timebo. cum legero. Vale.

C.PL.VRSOSVO.S.

Crisperam tenuisse Varenū. vt sibi euocas
s re testeis liceret. quod pluribus æquum.
quibusdam iniquum. & quidem pertinaci
ter visum. maxime Licinio Nepoti. qui sequēti Se
natū. cū de rebus aliis referretur. de pximo Sena
tus cōsulto differuit. finitamq; caussam retractauit.
addidit etiā. petendū a consulib⁹. vt referrent sub
exemplō legis ambitus. de lege repetundarū. an
placeret in futurum ad eā legem adiici. vt sicut ac
cūsatoribus inquirēdi. testibusq; denuntiandi po
testas ex ea lege esset. ita reis quoq; fieret. fuerūt.
quib⁹ hæc ei⁹ oratio. vt sera. & intēpestiu a. et præ
posta displiceret. quæ omisso contradicēdi tēpos
re. castigaret peractū. cui potuisset occurtere. Iuuē
tius quidē Celsus prætor. tanquā emendatorem se
natus. & multis. & vehemēter increpuit. respondit
Nepos. rursusq; Celsus. neuter cōtumeliis tēpera
uit. nolo referre. quæ dici ab ipsis moleste tuli. quo
magis quosdā e nūero nō iprobaui. qui modo ad
Celsum. modo ad Nepotē. prout hic. vñ ille diceret
cupditate audiēdi cursitabāt. et nūc quasi stimula

rent & accéderent, nūc quasi reconciliarēt, cōponerentq; f. equētius singulis, ambobus iterum prospitum Cesarem, vt in ludicro aliquo precarentur. Mihi quidē illud etiam p acerbum fuit, quod sunt alter alteri, quid pararent, indicati. Nam & Celsus Nepotis ex libello respoudit, & Celso Nepos ex pugillaribus. Tanta loquacitas amicorū, vt homines iurgaturi, id ipsum inuicem scirent, tanquam cōuenisset. Vale.

C.PL.FVNDANOSVO.S.

I quando, nūc præcipue cuperē esse te Rōmæ, & sic rogo. opus ē mihi voti, laboris, solicitudinis socio, petit honores Iuli⁹ Naso, petit cū multis, cū bonis, quos vt gloriosum, sic est difficile superare. Pendeo ergo, & exerceor spe, adficior metu: & me cōsularem esse nō sentio. nam rursus mihi videor oīm: quæ decucurti Cādīdat⁹. meretur hanc curā longa mei caritate. est michi cū illo nō sane paterna amictia. neq; enim potuit esse per meam ætatem. Solebat tñ vix dum adulescētulo mihi pater eius cū magna laude mōstrarī. erat non studiosorum tantū, verum etiam studiorum amātissimus, ac prope quot die ad audiēdos, quos tūc ego frequentabā. Quintilianū. Niceten Sacerdos ventitabat. Vir alioqui clarus, & grauis, & qui prodeste filio memoria sui debeat. sed multi nūc in se natu, quib⁹ ignotus ille, multi, quib⁹ notus, sed nō nisi viuēteis reuerētur, quo magis huic omissa gloria patris, in qua magnum ornamētum, grā insit-

ma ipsi enitendum, & laborādum est. quod quidē
semper, quasi puidet hoc tēpus, sed uo fecit, pa-
rauit amicos, quos parauerat, coluit, me certe, vt
primū sibi ætas iudicare pmisit, ad amorē, imitatio
nemq; delegit, dicenti mihi solicite adsistit, adsidet
recitati, primus etiā, & cum maxime nascetib⁹ opu-
sculis meis interest, nūc solus, ante cumfratre, cui⁹
nuper amissiego, suscipere parteis, ego vicē debeo
implere, doleo enim & illum imatura morte indi-
gnissime raptum, & hunc optimi fratris adiumento
destitutū, solisq; amicis relictū. Quibus ex causis
exigo, vt venias, & suffragio meo tuum iūgas. Per
multū interest mea, te oltātare, & tum circuire. ea
est autoritas tua, vt putem me efficacius tecū, etiā
meos amicos rogaturū. Abrūpe, si qua te retinēt,
hoc tempus meum, hoc fides, hoc etiam dignitas
postulat. Suscepi Candidatū, & suscepisse me notū
est, ego ambio, ego periclitior. In summa, si datur
Nafoni, quod petit, illius honor, si negatur, meare
puisa est. Vale.

C.PL.CALPVRNIAE SVAE.S.

Cribiste absētia mea nō mediocriter affi-
ci. Vnūq; habere solatiū, quod pro meli-
bellos meosteneas saepe ei i vettigo meo
colloces, gratum quod his somētis acquiescis. iuicē
ego epistolā tuas lectito, atq; idētē in man⁹ qua-
si nouas sumo. sed eo magis ad desyderiū tui accē-
dor. Nam cuius literāe tantū habent suavitatis, hu-
iis sermonibus quantū dulcedinis inest: tu tamen

frequentissime scribe, licet hoc ita me delectet, ut
torquear, Vale.

CPL PRISCO SVO. S.

Tiliū Crescentē & nosti, & amas, quis em
 illū spectator paulo, aut nō nouit, aut non
 amat: hūc ego nō vt multi, sed arctissime
 diligo, oppida n̄ra vni⁹ diei itinere dirimūtur, ipsi
 amare iuicē, qui est flagrātissim⁹ amor, adulescētu
 li cœpim⁹, mālit hic postea, nec refixit iudicio, sed
 iualuit, Sciūt, q̄ alterutrū n̄m familiaris⁹ ituētur Nā
 & ille amicitia meā latissimē prædicatiōe circūfert,
 & ego præ me fero, quam sit mihi cure modestia,
 ges, securitas ei⁹. Quietia, cū isolatiā cuiusdā tribu
 natū plebis iuturi, vereretur, idq̄ idicass̄ mihi r̄ndi
 ουτισ ἐμεῦ ψῶγτος, καὶ επὶ Χθονὶ Δερκομέ
 γοι, σοι κοιλησ παρὰ νησὶ χειρασ εποιε
 ση,

quorsus hæc: vt scias non posse
 Atiliū, me incolumi iniuriā accipere. Iterum dices,
 quorsus istæ: Debuit ei pecuniā Valeri⁹ Varus, hu
 ius est heres Maximus noster, quē & ipse amo, sed
 cōiuncti⁹ tu. Rogo ergo, exigo etiā p̄ iure amicitiae
 cures, tu Atilio meo salua sit non sors mō, sed etiā
 vsura pluriū annorū, hō est alieni abstinentissim⁹, sui
 diligens, nullis quaestib⁹ sustinetur, null⁹ illi, nisi ex
 frugalitate reddit⁹, Nā studia, qb⁹ plurimū præstat,
 ad voluptatē tñi, & gloriā exercet, grauis est ei vel
 minima iactura, q̄a reparare, qđ amiseris graui⁹ est.
 Exime hūc illi, Exime hūc mihi scrupulū, sine me

suauitate eius,sine leporibus perfui.neg̃ eī possum tristem videre:cuius hilaritas me tristem esse nō patitur.In summa,nostī facetias hominis,quas velim attendas,ne in bilem,& amaritudinem verat̃ iuria.quam vīm habeat offensus,crede ei,quā in amore habet non feret magnum,& liberum in genīcum contumelia damnum.Verū,vt ferat ille,ego meū damnū,meam contumeliam iudicabo, sed nontanquam pro mea,hoc est grauius irascar, quanquam quid denuntiationibus,& quasi minis ego quin poti⁹,vt cœperam,rogo,oro,des operā, ne ille se,quod valdissime vereor,a me,ego me ne glectū a te putē,dabis autē,si hoc perinde curæ est tibi,quā illud mihi. Vale.

C.PL.TACI TOSVO.S.

Ommendas mihi Iuliū Nasōnem candi-
cātū. Nasōnem mīhi quid si meipsum: fe-
ro tamen,& ignosco.eundē enim cōmen-
dassem tibi, si te Romæ morāte, ipse abfuissem.ha-
bet hoc sollicitudo,quod oīa necessaria putat.tu ta-
men censeo alios reges.ego precū tuarū minister,
adiutor,particeps ero.Vale.

C.PL.ALBINO SVO.S.

Vm venissem in Socrūs mævillā Alsiē-
cā sem,quæ aliquando Rūfi verginii fuit,ip-
se mihi locus optimi illius,& maximivirī
desiderium non sine dolore renouauit. hunc eī
incolere secessum,atq̃ etiam senectutis suæ nidulū

Vocare consuerat. Quocumque me contulisset illum animus illum oculi requirebant. libuit etiam monimentū eius videre? & vidisse poenituit. Est enim ad huc imperfectū, nec difficultas operis in caussa modici, ac potius exigui, sed inertia eius, cui cura mādata est. Subit indignatio cū miseratione, post decimū mortis annum reliquias, neglectumq; cinerē sine titulo, sine nomine facere, cuius memoria orbē terrarum gloria peruagetur. At ille mandaerat, caueratq; vt diuinum illud, & immortale factum versibus inscriberetur.

Hic situs est Rufus, pulso qui vindice quōdam,
Imperium afferuit non sibi, sed patriæ.
Tam rara in amicitijs fides, tā parata obliuio mortuorum, vt ip̄i nobis debeamus etiam cōditoria extremera, omniaq; hæredum officia præsumere. Nam cui non est verendū, quod videmus accidisse Virginio, cuius iniuriam ut indigniorum, sic etiam nōtiorem ipsius claritas facit. Vale.

CPL MAXIMO SVO. S.

Diem lœtū, adhibitus in consilium a p̄fecto vrbis, audijs ex diuerso agēteis sum
mæspei, summæ indolis iuuenes Fuscū Salinatorem, & Tūmidiū Quadratū, egregiū par
nec modo tēporib⁹ uostris, sed literis ipsi orname
to futurum, mira vtricq; probitas, constantia salua
decor⁹ habit⁹, os latinū, vox virilis, tenax mēoria,
magnū ingeniū, iudicium æquale, quæ singula mihi
voluptati fuerunt, atq; iter hæc illud, quod & ipsi

me, ut rectore, ut magistrum intuebantur, & si, qui audibant, me æmulari, meis istare vestigiis videbātur. O diē (repetam enī) lætum, notandum mihi cā didissimo calculo. Quid ei aut publice lætius, q̄ clārissimos iuuenes nomē & famam ex studiis petere, aut mihi optatius, quā me ad recta tentēdibus quasi exemplar esse ppositum? Quod gaudiū, vt, pperuo capiam, deos oro. ab iisdē teste te peto, ut omnes, qui me imitari tanti putabūt, meliores esse quam me, velint. Vale.

C.PL.FABATOPROSOCERO'SVO.S.

Vero nō debes suspēsa manu commen-
tare mihi quos tuendos putas. Nā & te
decet multis prodesse, & me suscipere, qđ
quid ad curā tuā pertinet. Itaq; Bittio Prisco quan-
tum plurimum potuero præstabo, præsertim i are-
na mea, hoc est apd centumuiros. Epistolarū, quas
mihi, vt aīs, aperto pectoro scripsisti, obliuisci me iu-
bes, at ego nullarū libētius memini. Ex illis enim
vel præcipue sentio, quāto opere me diligas, cur
sic exegeris mecum, vt solebas cum tuo filio. nec dissi-
mulo, hoc mihi iucūdiōres eas fuisse, qđ habebam
bonā causam, cū summo studio curasse, qđ tu cu-
rari volebas. Proinde etiam atq; etiā rogo, vt mihi
sēmp eadem simplicitate, quoties cessare videor,
(nunquā enim cessabo) conuitium facias. Quod &
ego intelligam a summo amore profisci, & tu non
meruisse me gaudeas. vale.

C.PL.VRSO SVO.S.

Nquā ne vīdisti quenquam tam laborios u sum, & exercitum, quā, Varenū meum? cui, quod summa cōtētione impetrauerat, defendendum, & quasi rursus petendum fuit. Bithyni senatus cōsultū apud consules carpere, & la**13** befactare sunt ausi, atqe etiā absenti principi criminari, ab illo ad senatu remissi, non destiterunt. Egit Claudius Capito irreue rēter magis, quā cōstanter, vt qui senatus cōsultum apud Senatū accusaret. respondit Fronto Catius grauiter, & firme. Senatus ipse mirificus. Nam illi quoqe, qui prius negarant Varenō, quae petebat, eadem danda, postquā erat data, censuerunt singulos eīm̄ integrā re disentire fas esse, peracta, quod pluribe placuisse, cūctis tuendū. A cilius tātū Rufus & cum eo septē, an octo? septē imo, in priore sententia perseverarunt, erant in hac pauidate nonnulli, quorum temporaria grauitas, vel potius grauitatis imitatio ridebatur. Tuttamē aestima, quantū nos in ipsa pugna certaminis maneat, cuius quasi praelusio, atqe præcursio has cōtentiones excitauit. Vale.

C.PL.MAVRICO SVO.S.

Olicitas me, in Formianum veniam ea cōditione, ne quid contra cōmodum tuū facias, qua pactione inuicē mīhi caueo. neqe eīm̄ mare, & litus, sed te, otium, libertatem sequor, alio qui satius est in yrbe remanere. Oportet enim

omnia aut ad alienum arbitrium, aut ad suum facere. mei certe stomachi hec natura est, ut nihil nisi totum, et merum velit. Vale.

C.PL.ROMANO SVO.S.

Itificarei non interfuisisti, ne ego quidē sed.
m me recens fabula exceptit Passentus Paulus
 splēdidus eques Roman⁹, et in primis eruā
 ditus, scribit elegos, gentilicū, hoc illi. est enim mu-
 niceps Propertii, atq; etiā iter maiores suos Proper-
 tiū nunerat. is cum recitaret, ita cœpit dicere. Pri-
 sce iubes, ad hoc Iauolenus Priscus (aderat enī vt.
 P. aulo amicissim⁹) ego vero nō iubeo. cogita qui ri-
 sus hominū, qui ioci. est omnino Priscus dubiæ santi-
 tatis. interest tñ officiis, adhibetur consiliis, atq; etiā
 ius ciuale publice respondet, quo magis quod tunc
 fecit. et ridiculū et notabile fuit. Interim Paulo alie-
 na deliratio aliquantum frigoris attulit. tāni solidis
 te recitaturis prouidendū est, nō solum, vt sin tip-
 si fani, verum etiā, vt sanos adhibeant. Vale.

C.PL.TACITO SVO.T.

Eritis, vt tibi auōculi mei exitum scribā, quo
p verius tradere posteris possis. gratias ago.
 Nam video, morti eius, si celebretur a te i-
 mortalem gloriam esse propositā. Quamuis enim
 pulcherrimarum clade terrarū, vt populi, vt v̄rbes
 memorabili casu, quasi semper victurus occiderit,
 quamuis ipse plurima opera, et mansura condide-
 derit, multum tñ perpetuitati eius satiptorum tuo

rum eteruitas addet. Evidem beatos puto, qui
bus deorū munere datū est, aut facere scribenda,
aut scribere legenda, beatissimos vero quib⁹ vtrū-
q; horū in numero auonculus meus et suis libris,
& tuis erit. Quo libentius suscipio, deponso etiā, qđ
iniungis. Erat Miseni, classe inq; iperio præsens re-
gebat nono Kal. sept. hora diei fere septima, mater
mea idicat ei, apparere nubē in usitata & magnitu-
dine & specie. Vtus ille sole, mox frigida, gustauε
rat facens, studebatq; poscit soleas, ascēdit locū, ex
quo maxime miraculū illud cōspici poterat. nubes
incertū procul intuītibus ex quo monte (Vesuuū
fuisse postea cognitū est) oriebatur, cuius similitudi-
nē, & formā non alia magis arbor, quā pin⁹ expre-
serit, Nā longissimo velut trūco elata in altum, qui
busdā ramis diffundebatur credo quia recēti spiri-
tu cuecta, deinde senescente eo destituta, aut etiā
pōdere suo vieta, n latitudinē vanescerat, candida
interdā, interdū sordida, et maculosa prout terrā,
cinerē ve sustulerat, magnū, propiusq; noscēdū vt
eruditissimo viro visū Iubet liburnicā aptari, mihi
si venire vna vellem, facit copiam, respōdi studcre
me male, et forte ipse, quod scriberē, dederat. egrā
diebatur domo, accipit codicilos. Rectinæ Nascenti
mīnenti periculo exterritæ. nā villa ei⁹ subiacebat,
nec villa nisi nauibus fuga, vt se tāto discriminē eri-
peret, orabat. vertit ille cōsilium, et quod studioso
animo inchoabat, obit maxi mo. deducit quadrire
mēis, ascendit ipse non Rectinæ modo sed, multis
(et at enim frequens amoenitas oræ) latus auxi-

sum properat illuc, inde alii fugiunt, rectumq; cursum,
recta gubernacula i periculum tenet, adeo solutus
metu, vt onineis illi⁹ mali motus, omneis figuræ,
vt deprehēderat oculis, dictaret, enotaretq; Iā na-
uibus cinis incidebat, quo propri⁹ accederent calidi
or, et densior, iā pumices etiā, nigriq; & ambusti, &
fracti igne lapides. Iam vadū subitum, ruinaq; mō
tis litora obstantia, cunctatusq; paulū, an et cito sie-
teret, mox gubernatori, vt ita faceret monēti, for-
teis iquit fortuna iuuat. Pomponianū pete, Stabiis
erat, dirēptus sinu medio. Nā se usim circumactis,
curuatisq; litotibus mare infūditur. Ibi, quamquā
nondum periculo appropinquante, conspicuo tñ,
& cum cresceret, proximo, sarcinas contulerat i na-
ueis certus fugæ. Si cōtrarius ventus re sedisset, quo
tunc auonculus meus secundissimo in uectus cōple-
ctitur trepidantē, consolatur, hortatur, vtq; timorē
ei⁹. Iua securitate leniret, deferri se i balineū iubet,
lot⁹ acubat, coenat, atq; hilaris, aut quod est aeq; ma-
gnum, similis hilari. Interim e Vesuvio mōte pluri-
bus locis latissimæ flāmæ, atq; incendia relucebāt,
quorum fulgor, et claritas tenebris noctis excitaba-
tur, ille agrestiū trepedatione ignis relictas, deser-
tasq; villas per solitudinem ardere, in remedium
formidinis distabat, tum se quieti dedit, et quieuit
verissimo equidem sōno. Nam meatus animæ, qui
illi propter amplitudinē corporis grauior, et sonā-
tior erat, ab iis, qui limini obuersabantur, audieba-
tur, sed area, ex qua diæta adibatur, ita iam cinere,
missisq; pumicibus oppleta surrexerat, vt si lōgior

In cubiculo mora esset, exitus negaretur, excitat⁹, pcedit seq³ Pōporiano ceterisq³, qui per uigilarāt reddit. In cōmune consultant, an intra tecta subsistant, an in aperto vagentur? Nā crebris, vastisq³ tremoribus tecta mutabāt, et quasi emota sedib⁹ suis uunc huc, nunc illuc abire, aut referri videbātur. Sub diuo rursus, quāquā leuium, exesorumq³ punicum casus metuebatur, quod tñ periculorum collatio elegit, et apud illum quidem ratio rationē, apud alios timorē timor vicit, ceruicalia capitibus imposita linteis constringūt. Id munimētū aduersus decidentia fuit, iam dies alibi, illic nox omnib⁹ noctibus nigrior, densiorq³, quam tñ faces multæ, variaq³ lumina sol uebant, placuit egredi in lit⁹, et e proximo aspicere, ecquid iam mare admitteret, quod adhuc vastum, & aduersum permanebat. Ibi super abiectum linteum recubans semel, atq³ iterū frigidam poposcit, hausitq³, deinde flammæ, flame marumq³ prenuntius odor sulfuris, alios in fugam vertunt, excitant illum, innixus seruis duobus ad surrexit, & statim concidit, vt ego coniecto, crassiore caligine, spiritu obstructo, clausoq³ stomacho, q³ illi natura inualidus, et angustus, et frequenter intergestuans erat. Vbi dies reditus is, ab eo, quem non uissime viderat, tertius, corpus inuentum est integrum, illæcum, opertumq³, vt fuerat indutus, habitus corporis quiescenti, quam defuncto similius. Interi Miseni ego, et mater, sed nihil ad historiam, nec tu aliud, quā de exitu eius scire voluisti, finem ergo faciā, vnum adiciam, omnia me quibus inter-

fueram, quæq; statim cū maxime vera memoran-
tur, audiuerā, persecutū tu potissima excerptes. ali-
ud est enim epistolam, aliud historiam, aliud ami-
co, aliud omnibus scribere. Vale

C.PL.RESTITVTO SVO.S.

Ndignatiunculā, quam in cuiusquam ami-
ci auditoriocepi, non possum mihi tēpera-
re, quo minus apud te, quia nō contingit co-
ram, per epistolam effundā. Recitabatur liber ab-
solutissimus. hūc duo, aut tres, vt sibi, et paucisvidē
tur, disertis, surdis, mutisq; similes audiebant nō la-
bra diduxerunt, nou mouerunt manū, non deniq;
adsurrexerunt saltem lassitudine sedēdi. Quæ tā-
ta grauitas, quæ tanta sapientia? quæ imo pigritia,
arrogantia sinisteritas, ac poti⁹ amentia! In hoc to-
tū diē ipendere, vt offendas, vt inimicū reliquas, ad
quē tāq; amicissimus veneris? disertior ipse es? tāto
magis ne inuidetis. Nā qui uidet, minor est. denie-
q; siue plus, siue minus, siue idē præstas, lauda, vel
inferorem, vel superiorē, vel parē. Superiorē, quia
nisi laudand⁹ ille, nō potes ipse nō laudari, iferiorē,
aut parē, quia pertinet ad tuā gloriā quā maximū
videt, quē præcedis, vel exæquas. equidē omneis,
qui aliquid in studiis faciunt, venerari etiam, mira-
riq; soleo. Est enim res difficultis, ardua, fastidiosa, &
quæ eos, a quib⁹ contēnitur iterit. Nisi forte aliud
iudicas tu, quāquā quis vno te reuerētor hui⁹ ope-
ris, quis benignior æstimatur. Qua ratione duc⁹,
tibi potissimum indignationē meā prodidi, quem ha-

bere socium maxime poteram. Vale.

C.PL. SABINO SVO.S.

Ogas, ut agā Fī manorū publicā caussam,
quod ego, quanquam plurimis occupationi
bus distentus, admittar. cupio enim et orna
eissimam Coloniā aduicationis officio, et tē gratis
simō tibi munere obstringere. Nam cū familiarita
tem nostrā, ut soles predicare, ad presidium, orna
mentūq; tibi lūpleris, nihil est, quod negare debe
am, præsertim pro patria petenti. Quid enī preci
bus aut honestius pīis, aut efficacius amantis? Pro
tende Firmanis tuis, ac iā potius nostris, obliga fidē
meam, quos labore, et studio meo dignos, cū splē
dor ipsoꝝ, tum hoc maxime pollicetur, quod credi
bile ē, optimos ēē, iter quos tu talis extiteris. Vale.

C.PL. NEPOTI SVO.S.

Cis tu accessisse pretiū agrīs, præcipue subur
banis, caussa subitae caritatis, res multis agi
tata sermonibus, proximis comitiis hone
stissimas voces senatui expressit. Candidati ne cōsi
uentur, ne mittant munera, ne pecunias deponāt,
ex quibus duo priora tā aperte, quam imodice fie
bant, hoc tertium, quamquā occultaretur, pro com
perto habebatur. Homulus deinde noster vſus vigi
lāter hoc cōsensu senatus sentētiae loco postulauit,
lvt, cōsules, desyderiū vniuersoꝝ notū principi face
rēt peterētq; sicut aliis vitiis, huic quoq; pudentia
sua occurseret, occurrit. Nā sūptus candidatorum,

fœdos illos, & ifani eis abitus lege restrinxit. eosdē patrimonii tertiam partē conferre iussit in ea, quæ solo continerentur, de forme arbitratus (vt erat) honore petituros, urbem, Italiāq; nō pro patria, sed p hospitio, aut stabulo quasi peregrinanteis habere. Concursant ergo cādīcāti certam quidquid venale audiūt, emptitant, vt sint quoq; plura venalia, efficiunt. Proinde si poenitet te Italorum prædiorū, hoc vendundite tempus, tam Hercule, quam in pruinciis comparandi, dum idē candidati illic yēdūt, vthic emant. Va le.

C.PL.TACITO SVO.S.

Iste adductū literis, quæ exigentib; tibi dē
a morte a oculi mei scripsi, cupere cognosce
re, quos ego Miseni relictus (id enī in greci
sus abrufetā) non solum metus, verum etiā casus
pertulerim, quamquā animus me miuisse horret,
incipiā. Profecto auocculo, ipse reliquū tēpus stu-
diis, (ideo remāserā,) impēdi, mox balineū, cœna,
sonnus inquietus, et breuis, præcesserat per mul-
tos dies tremor terræ minus formidolos⁹, quia Cā-
paniæ solit⁹, illa vero nocte ita inualuit, vt nō mo-
ueri oīa, sed euerti crederetur. trūpit cubiculum
mēū mater, surgebā iuicē si quiesceret, excitatur⁹.
resedim⁹ in atra dom⁹, quæ mare a tectis modico
spatio diuidebat, dubito constantiā vocare, an ipru-
dentia debeam, agebam enim duodeuicesimū an-
num. Posco librum Titi Liuīi, & quasi per etiū le-
go, atq; etiam yt cooperā, excepto. ecce amic⁹ auon-

culi qui nuper ad eum ex hispania venerat, ut me,
et matrem sedenteis, me vero etiam legentem videt,
filius patientiam, securitatem meam corripit, nihil
segnius ego intentus in librū iam hora diei prima,
& adhuc dubius, & quasi languidus dies, iam quassa-
tis circuiacentibus tectis, quamquam in aperto loco, an-
gusto tamen magnus, & certus ruine metus. tu demum
excedere oppido vīsum, sequitur vulgus attonitum,
quodque in pauore simile prudentiae, alienum consi-
liū suo praeferit, ingentiisque agmine abeūtes premit,
& impellit. egressi tecta consistimus, multa ibi mi-
rada, multas formidines patimur. Nam vehicula,
quaes produci iusseramus, quamquam in planissimo ca-
po in cōtrarias parteis agebantur, ac ne lapidibus
quidem fulta, in codē vestigio quiescabant. præte-
rea mare in seres orberi, & tremore terrae quasi re-
pelli videbam. Certe proc̄esserat litus, multaque ani-
malia maris in siccis arenis detinebat. Ab altero la-
tere nubes atra, & horreda ignis spiritus tortis, vi-
bratisque discursibus erupta, in longas flamarū fi-
guras dehiscebat, fulgoribus ille, et similes, & ma-
iores erat. Tu vero ille idem ex Hispania amic⁹, acri⁹,
et instantius, si frater, inquit, tuus, tuus auonculus
vivit, vult eē vos saluos, si perire, superstites voluit,
proinde quid cessatis euadere? respondim⁹, nō co-
missuros nos, ut de salute eius incerti, nostrae cōsulere
mus, non moratus ultra proripit se, effusoque cursu
periculo aufertur, nec multo post, illa nubes descē-
dere in terras, operire maria, cixerat Capreas, & ab
scōderat. Misericordia procurrit, abstulerat, tu mater

orare, hortari, iubere quoquo modo fugerē posse
eīm iuuenem, se & annis, & corpore grauem bene
moriturā, si mihi causa mortis nō fuisset. ego cōtra
saluū me, nīsi vna, non futurū, deinde manū eius
amplexus, addere gradū cogo, paret ægre, incu-
satq; se, quod me moretur, iā cinis adhuc tamē ra-
rus, respicio, dēsa caligo, tergis iminebat, quæ nos,
torrētis modo infusa tere, sequebatur. Deflecta-
mus inquā, dū videmus, ne in via strati, comitan-
tiū turba i tenebris obteramur. Vix cōsyderamus,
& nox nō qualis illunis, aut nubila, sed qualis in lo-
cis clausis lumine extincto. audires vulnatus fœmi-
narū, infantū quiritatus, clamores virorū, alii pa-
renteis, alii liberos, alii coniuges vocib⁹ requirebāt,
vocibus nōscitabāt, hi suū casum, illi suorū misera-
bantur. erant, qui metu mortis mortē precatētur.
multi ad deos manus tollere, plures nusquā iam
deos ullos, æternāq; illam, & nouissimā nocte mun-
do interpretabantur. Nec defuerunt, qui fictis, mē-
titisq; terroribus vera pericula augerēt. Aderant,
qui Misseri illud ruisse, illud ardere falso, sed credē-
tibus nuntiabant, paulū reluxit, quod nō dies no-
bis, sed aduentatis ignis indicū videbatur, & ignis
quidē longi⁹ subsistit, tenebræ rursus, cinis rursus
multus & grauis, hūc identidē assurgētes excutie-
bamus, operti alioqui, atq; etiā obliti pondere esse
mus. possem gloriari, non gemitū mihi, nō vocem
parum fortē in tantis periculis excidisse, uisi me cū
om̄ibus, om̄ia mecum perire misero, magno tamē
mortalitatis solatio, credidisse. Tandē illa caligas

seuuata quasi i sumū. nebulāve decessit. Mox dies
vere. sol etiā effusit. luridus tamē. qualis esse. cum
deficit. solet. occurrebant trepidatibus adhuc oca-
lis mutata om̄ia. altoq; cinere tanquam niue obdu-
cta. Regressi Misenū. curatis vtcūq; corporib; sus-
spensam. dubiāq; metē spe. ac metu exigim⁹. me-
tus praeualebat. nam & tremor terræ pseuerabat.
et pleriq; lymplisti terrifícis vaticinatioñ⁹ & sua
et aliena mala ludificabātur. Nobis tamē ne tuuc
quidē quanquam & expertis piculum. & expectan-
tibus. abeundi consiliū. donec de auonculo nūtius
veniret. Hæc nequaquā hiūoria digna. non scriptu-
rus leges. & tibi scilicet. qui requisisti. imputabis. si
digna ne epistola quidem videbūtur. Vale.

C.PL.CANINO SVO.S.

Vm exijs. qui mirer antiquos. non tamē.
vt quidā. temporum nostrorum ingenia
despicio. neq; em̄ quasi lassa. & effoeta na-
tura nihil iam laudabile parit. atq; adeo nūp audij
Verginum Romanum patris legentem comoediā
ad exemplar veteris comoediæ scriptam. tā bñ. vt
esse quandoq; possit exemplar. Nescio an noris ho-
minē. quāquā nosse debes. est em̄ probitate morū.
ingenii elegancia. operū varietate monstrabilis. scri-
psit mimiambos tenuiter. argute. venuste. atq; in
hoc henere eloquētissime. Nullū est em̄ gen⁹. quod
absolutum. non possit eloquētissimum dici. scripsit
comoediās. Menādrū. aliosq; ætatis eiusdē æmula-
tus. dicethas iter Plautinas. Terentianasq; nūeres.

nunc primū se invētere cōmœdia, sed non tanquam
inciperet, ostendit, non vis, non granditas, nō sub-
tilitas, nō amaritudo, nō dulcedo, nō lepos defuit.
omaniū virtutes insectatus est vitia. fictis noībus
decenter, viris v̄sus est apte, circa me tantum beni-
gnitate nimia modum excessit, nisi quod tñ poetis
mentiri licet. In summa extorquebo ei librū, legē-
dumq; imo ediscēdum mittā tibi. neq; em dubito
futuru, vt nō deponas, si semel sumpferis. Vale.

C.PL.TIRONISVO.S.

Agna res acta est oīm, qui sunt puincis
m præfuturi, magna omniū, quise simplici-
ter credunt a mīcis. Lustric⁹ Bruttianus cū
Montanū Atticinū comitem suum in multis fla-
gitius dephēdisset. Cæsari scriptit. Atticin⁹ flagitiis
addidit, vt quē deceperat, accusaret, recepta cogni-
tio est, fui in cōsilio, egit vterq; pro se, egit aut̄ car-
ptim, & κατὰ κεφαλεῖον Quo genereveritas
statim ostēditur. prout Bruttianus testamētū suū,
qd Atticini manu scriptū esse dicebat. hoc em & ar-
cana familiaritas, & querēdi de eo, quē sic amasset,
necessitas indicabatur. enumerauit crima foeda,
manifestaq;. ille cū diluere nō posset, ita recelsit, vt
dū defēditur, turpis, dū accusat, sceleratus probare
etur. Corruptio em scribæ seruo, intercepserat cōmē-
tarios, intercidēratq; ac p summum nefas vteba-
tur aduers⁹ amicū crimine suo. Fecit pulcherrime
Cæsar. nō em de Bruttiano, sed statim de Atticino
perrogauit, dānatus & in isulā relegatus. Bruttia-
no iustissimū integratatis testimoniū redditū, quē

quidem etiā constantiae gloria secuta est. Nā defensus expeditissime, accusauit vehemēter, nec min⁹ acer, quā bonus, & sincerus apparuit. quod tibi scripsi, vt te sortitū prouincia, præmonerem. Plurimū tibi credas, nec cuiquam satis fidas deinde scias, si quis forte te, quod abominor, fallat, paratam vltio nē, qua tamen ne sit opus, etiam, atq̄ etiam attende. Neq; enim tam iucundū est vindicari, quā desipi miserū. Vale.

C.PL.TRIARIO SVO.S.

Mpense petis, vt agā caussam pertinētem
ad curam tuā, pulchram alioqui, & famo-
sam, faciā, sed nō gratis. Qui fieri potest
inquis, vt nō gratis, tu potes, exigā eīn mercedem
honestiorū gratuito patrocinio. peto, atq; etiā pa-
ciscor, vt simul agat Cremuti⁹ Rulo. solitū hoc, mihi
etiā in pluribus claris adulecentibus factiatum
Nā mire cōcuspico bonos iuuenes ostendere foro,
assignare famæ. Quod si cuipræstare, Rusoni meo
debeo, vel propter nataleis ipsius, vel propter exi-
miā mei caritatē, quem magniæstimo ijdemi iudi-
ciis, ex eiisdē etiā partib⁹ cōspici, audiri. obliga me,
obliga ante, quā dicat. nā cū dixerit, gratias ages.
spondeo solitudini tuæ, spci meæ, magnitudini
causæ suffecturū. est idolis optiæ breui productu-
rus alios, si iterim prouect⁹ fuerit a nobis. Neq; em
cuiquā tā clarū statim ingeniu est, vt possit emerge-
re, nisi illi materia, occasio, fautor etiam cōmen-
dator contingat. Vale.

Vam multū interest, quid a quoq; fiat. ea
 q dem em̄ facta claritate, vel obscuritate fa-
 cientū, aut tolluntur altissime, aut humil-
 lime deprimuntur. Nauigabam per Larium nostrū,
 cū senior amicus ostendit michi villam, atq; etiam
 cubiculum, quod i lacum prominet. ex hoc inquit
 aliquando municeps nostra cum marito se p̄cipi-
 tavit. caussam requisiti. Maritus ex diutino morbo
 circa velanda corporis ulcerib⁹ putrescebat. Vxor
 vt inspiceret, exegit. neq; em̄ quenquam fideli⁹ iuz-
 dicaturū, posset ne sanari. vedit, desperavit. Horta-
 ta est, vt moretetur, comesq; ipsa mortis, dux imo,
 et exēplum, & necessitas fuit. Nam se cū marito li-
 gauit, abiecitq; in lacum. Quod factū, ne mihi qui-
 dem, qui municeps, nisi proxime auditum est, nō
 quia minus illo clarissimo Arriæ facto. sed quia mi-
 nor est ipsa. vale.

C.PL.HISPANO SVO.S.

Cribis Robustū splendidum equitem Ro-
 s manum cū Atilio Caro amico meo Ccri-
 culū usq; cōmune iter fecisse, deinde nus-
 quā cōparuisse. petis, vt Carus veniat, nosq; si po-
 test, in aliqua inquisitionis vestigia inducat. veniet,
 vereor ne frusta. suspicor enim tale uestio quid Ro-
 busto accidisse, quale aliquando Metilio Crispo mu-
 nicipi meo. Huic ego ordines ipetrauerā, atq; etiā
 proficiscienti quadringenta millia numū ad istruē-

m.i.

dum se ornandūq; donauerā nec, postea aut epistles eius, aut aliquē de exitu nuntium accepi, iterē ptus ne sit a suis, aut cū suis nō dubiū certe non ipse, quisq; ex seruis eius apparuit, vt in amne in Robusto idem experiamur, tamē, arcessamus Carum, den. hoc tuis, demus optimi adolescentis honi st̄: simis precib⁹, qui pietate, mira etiā sagacitate patrē quærit, dī faueant, vt sic inueniat ipsum, quēadmodū iam cum quo fuisset, inueni. Vale.

C.PL.SERVIANO SVO. S.

Audeo & gratulor, q; Fusco Salinatori si
g liā tuā destinasti. Dom⁹ patritia, pater ho-
nestissim⁹, mater pari laude. Ipse ē studio-
sus, literatus, etiā disertus, puer sim plicitate, comi-
tate iuuenis, senex grauitate, neq; enī amore deci-
pior, amo quidem effuse, & ita officiis, ita reuerētia
meruit, iudicio tñ, & quidē tanto acrius, quāto ma-
gis amo, tibiq;, vt qui explorauerim, spōdeo habi-
turū te generū, quo melior fngi, ne voto quidē po-
tuit. superest, vt auū te quā maturissime simillimū
sui faciat. Quam felix tēpus illud, quo mihi liberos
illi⁹ nepotes tuos, vt meos vel liberos, vel nepotes
ex vestro sinu sumere, & quasi pari iure tenete con-
tingat. Vale.

C.PL.SEVERO SVO. S.

Ogas, vt cogitē, quid designatus consul in
honorē principis censeo. facilis inuentio,
nō facilis electio, est enī ex virtutibus eius

larga materia, tamē quod sentīam, indicabo si pri-
us hæsitationem mēā, ostendero. dubito num idē
tibi suadere, qđ mihi debeā. designatus ego cōsul
omni hac, & si non adulatōne, specie tamen adulā-
tionis abstinui, non tanquā liber, & cōstans, sed tan-
quam intelligens principis nostri, cuius videbā hāc
esse præcipuā laudē, si nihil quasi ex necessitate de-
cernerem, recordabat etiā plurimos honores pessi-
mo cuiq; delatos, a quibus hic optim⁹ separari non
alio modo magis poterat, quā diuersitate cēsendi,
quod ipsum nō dissimulatione, & silentio præterii,
ne forte nō iudiciū illđ meū, sed obliuio videretur
hoc tunc ego, sed nō om̄ib; eadem placent nec, cō-
ueniunt qnidē præterea faciendi aliquid, vel nō fa-
ciendi vera ratio, cum hominū ipsorum, tum terū
etiam, ac temporum conditione initur. Nā recētia
opa maximi principis præbent facultatē, noua, ma-
gna, vera censendi, quibus ex cauſis (vt supra scri-
psi) dubito an' idē nūc tibi, quod tūc mihi, suadeā.
Illud nō dubito debuisse me in parteis cōsilii tui po-
nere, quid ipse fecisse. Vale.

CPL.PONTIO SVO.S.

Cio, quæ tibi cauſa fuerit impedimento,
s quo minus præcurrere aduentū meū in
Campaniam posses, sed quanquā absens
totus huc migrasti, tantū mihic opiarum tam v̄ba-
narum, quam rusticarum nomi tuo oblatum est,
quas omneis iprobe, accepit tamē. Nā me tui, vt ita
facerē, rogarabant, & verebar ne & mihi & illis ira-
m. ii.

scereris, si non fecissem, in posterū, nisi adhibueris
modū, ego adhibebo, etiam tuis denuntiaui, si rut
sustā multa attulissent, omnia relatuos. Dices opor
tere me tuis rebus ut meis vti etiam, sed perinde
illis, ac meis parco. Vale.

C.PL.Q VADRATO SVO.S.

Vidi us Q uiet⁹, qui me vnice dilexit, & cui
a non minimū gaudeo, probauit, vt multa
alia Thraseæ (fuit enim familiaris) ita hoc
sæpe referebat, præcipere solitum suscipiendas esse
caussas, ant amicorū, aut destitutas, aut ad exem
plū pertinenteis. cur amicorū? non eget interpreta
tione, cur destitutas? quod in illis maxime & con
stantia agentis, & humanitas cerneretur. cur perti
nentes ad exemplum? quia plurimū referet bonū,
an malū induceretur. Ad hæc ego genera caussa
rum, ambitiose fortasse, addā tamen claras, & illu
streis. æquum em⁹ est agere nonnunquā gloriæ, &
famæ. Idē dignitati, ac verecūdītū tue statuo. Nec
me præterit vſitatū esse, & haberi optimū dicendi
magistrū. Video etiā multos paruo ingenio, literis
nullis, vt bene agerent, agendo cōsecutos. Sed &
illud quod vel Pollionis, vel tāquā Polliois accepi,
verissimū exerior, Cōmode agēdo factū est, vt sæ
pe agerē, sæpe agendo, vt minus cōmode, quia sc̄
licet assiduitate nimia facilitas magis, quā, facultas
nec fiducia, sed temeritas paratur. Nec vero Isocra
ti, quo min⁹ haberetur summ⁹ orator, offecit, qđ in-

firmitate vocis, mollitia frontis, ne in publico diceret, impeditebatur. Proinde multū lege, scribe, menditare ut possis, cū voles, dicere. dices, cū velle debebis. Hoc fere tēperamētū ipse seruauit. nōnūquā necessitatī, quæ pars rationis est, parui. egi enī quasdam a Senatu iussus. quo tñ in numero fuerūt ex illa Thraseæ diuisione, hoc est ad exemplum pertinētes. Ad fui Bethycis cōtra Bæbium Massā. quæ situm est, an danda esset inquisitio, data est. Ad fui rursus, itidem querentibus de Cecilio Classico. quæ situm est an prouincialeis vt socios, ministrosq; proconsulis plecti oporteret, poenas luerunt. Accusauit Marium Priscum, qui lege repetundarum damna tūs vtebatur clemētia legis. cuius seueritatem immanitate criminum excesserat, re elegatus est. Tuit⁹ sum Iulium Bassū, vt incustoditum nimis, & incantum, ita minime malū, iudicib; acceptis i Senatu remansit. Dixi proxime pro Vareno postulante, vt sibi iuicem euocare testeis liceret, impetratū est. in posterū optovt ea potissimū iubear, quæ me deceat vel sponte fecisse. Vale.

C.PL.FABATO SVO SAL.

Ebemus me Hercule nataleis tuos perīdō
e ac nostros celebrare, cū letīcia nostrorum
ex tuis pendeat, cui⁹ diligentia, & cura his
hilares, istic securi sumus. Villa Camilliani. quam i
Campania possides, est quidem vetustate vexata,
ea ta men, quæ sūt pretiosiora, aut integrā manēt,
aut leuissime lesa sunt. Attendim⁹ ergo, vr quāsa,

luberrime reficiantur Ego video habere multos amicos, sed huius generis, cui^o et tu quæris, & res exigit, prope neminem. Sunt eni oēs togati, et urbani, rusticorum autem prædiorum administratio poscit durū aliquē, et agrestē, cui neq[ue] labor ille gravis, neccura sordida, nec tristis solitudo videatur. tu de Rufo honestime cogitas. fuit ei filio tuo familiaris, quid tamē nouisibi præstare poscit, ignoror, velle plurimum credo. Vale

C.PL.CORNELIANO SVO.S.

Vocatus in consiliū a Cæsare nostro ad Cen
e tū cællas (hoc loco nomē) magnā cæpi volu
ptatem Quid enim iucūdius, quā principis
iustitiam, grauitatem, comitatem, in secessu quoq[ue]
vbi hæc maxime recluduntur, inspicere? Fuerunt
variae cognitiones, et quæ virtutes iudicis per plu
reis experientur. Dixit cauſam Claudi⁹ Aristion
princeps Ephesiorū, homo munificus, et inoxie po
pularitatis. inde inuidia, et ab dissimilimis delator
immissus itaq[ue] absolutus, vindicatusq[ue] est Sequēti
die audita est Gallitta adulterii rea. Nupta haec tri
buno militū honores petituro, & suā, et mariti di
gnitatē, ceterionis amore maculauerat. maritus le
gato cōsulari, ille Cæsari scripserat. Cæsar excussis p
bationibus, centuriouē exautorauit, atq[ue] etiā rele
gauit. supererat criminis, q[ue] nisi duorū e[st]enō poter
at, reliqua pars vltionis. sed maritum non sine ali
nam nec historia debet egredi

Veritatem, & honeste

factis veritas suffi

cit. Vale.

C.PL. SECUNDI EPISTOLA
RVMLIBER OCTAVVS

C.PL. SEPTICIO SVO.S:

Ter commode explicui, excepto quod quidam ex meis, aduersam valetudinem Feruentissimis æstibus contra extunt. Encolpius quidem lector ille Series nostra, ille delitiæ, exasperatis Fau cibus puluere sanguinem reiecit. Quā triste hoc ipsi, quam acerbum mihi, si is, cui omnis ex studiis gratia, inhabilis studiis fuerit, quis deinde libellos meos sic leget, sic amabit? quē aures meæ sic sequentur? Sed Dii lætiora promittunt. stetit sanguis, resedit dolor, præterea cōtinēs ipse Nos soliti medici diligentes, ad hoc salubritas cœli, secessus, quies, tūm salutis, quantū otii pollicentur. Vale,

C.PL. CALVISIO SVO.S.

Lii in pœdia sua proficiscuntur, ut locupletiores reuertantur ego vt pauperior. Vendideram vindemias certatim negotiatorib⁹ ementibus, inuitabat pretium, et quod tunc, & qđ forte videbatur, spes fecellit. Erat expeditū oibus remittere æqualiter, sed non satis æquū. Mihi autē egregiū in primis videtur, vt foris, ita domi, vt in magnis, ita in paruis, vt in alienis, ita i suis agitare iustitiam. Nam si paria peccata pares etiā laudes. Itaq; oibus quidē, ne quis mihi non donat⁹ abiret,

partem octauam pretii, quo quis emerat, concessi.
 deinde iis, qui amplissimas summas éptionibus, occu-
 pauerant se parati cōsului. Nam & me magis iuue-
 rant, et maius ipse fecerant damnū. Igitur iis, qui
 pluris, quam decem millibus emerant, ad illā com-
 niunem, et quasi publicam octauam addidi, decimā
 eius summae, quae decē miliia excesserat. Vereor,
 ne parū ex prescribit, apertius calculos ostendā, si
 quiforte quindecī millibus emerant, hi et quidecī
 miliū octauā, et quinq̄ milliū decimā tulerunt. Pr̄
 tere a cum reputarem quosdā ex debito aliquantū
 quosdām aliquid, quosdām nihil reposuisse, nequa
 quam verum arbitrabor. quos non equasset fides
 solutionis, hos benignitate remissionis æquari Rur
 sus ergo iis, qui soluerant, eius quod soluerant, de-
 cimā remisi, per hoc ei aptissime et in preteritū sin-
 gulīs procuiusq̄ merito gratia referri, et in futurū
 omnes, cum ad emendum, tum etiam ad soluēdū
 aduci videbātur. Magno mihi seu ratio hæc, seu fa-
 cilitas stetit. Sed fuit tanti, nam regione tota, et no-
 uitas remissionis et forma laudatur ex ipsis etiam.
 non vna (vt dicitur) pertica, sed distincte, gradatim
 q̄ tractauit Quātoq̄ melior, et pbior, tanto quos
 mihi obligator abit, expert⁹ nō esse apud me Vale.
 ΕΥΔΙΗΤΙ ΜΗ ΗΜΕΥ ΚΑΚΟΣ, Η ΔΩΣ ΚΑΙ ΕΣΘΛΟΣ

C.PL. SPARSO SVO..S.

Ibrum, quem nouissime tibi misi, ex omnib⁹
 bus meis vel maxime placere sūḡuifcas. est
 eadem opinio cuiusdā eruditissimi, quo ma-

gis adducor, ut neutrū fallī putē, quia nō est credibile vtrungq; falli, et quia tñ blādior mihi. volo enī proxima quæq; absolutissima videri, et ideo, iam nunc contra istum librum faueo orationi, quā nuper in publicum dedi, cōmunicatur⁹ tecum, vt pri-
mum diligentem tabellariū inuenero. Erexi expe-
ctationem tuam, quam vereor, ne destituat oratio
in manus sumpta. Interim tamen tanquam placitu-
ram (et fortasse placebit) expecta Vale.

C.PL. CANINIO SVO.S. 4

Ptīme facis, quod bellum Dacianū scribere
 o pars Nam quæ tam recens, tam copiosa, tā-
 lata, quæ deniq;tam poetica, et quanquam
 in verissimis rebus, tam fabulosa materia, dies im-
 missa terris noua flumina, nouos pontes fluminis-
 bns inieccos, in secca castris montiū abrupta, pulsū
 regia, pulsū etiā vita regem, nihil desperantem, su-
 per hæc iactos eis triumphos, quoq; alter ex inui-
 cta gente primus, alter nouissim⁹ fuit Vna, sed ma-
 xima difficultas, quod hæc æquare dicēdo, arduū,
 immēsu etiam tuo ingenio, quāquam altissime ad
 surgat, et amplissime operib⁹ increscat. Non nullus
 et illo labor, ut barbara, et fera nomina, in primis
 regis ipsius græcis versibus non rcsultent. Sed ni-
 hil est, quod non arte curaq; si non potest vinci, mi-
 tigetur. Ptætere, si datur Homero et mollie voca-
 bula, et græca ad leuitatem versus cōtrahere, extē-
 dere, infleccere, cur tibi similis audientia præsertim
 delicata, sed necessaria negetur. Proinde iurevatū

inuocatis Diis, & inter Deos, ipso, cuius res, opera,
cōsilia dictaturus es, iuitte rudētes, pande vela, ac
sequādo alias, toto igeñio vehere. cur enim nō ego
quoq; poetice cum poeta? Illud iam nunc paciscor,
prima quæq; vt absolueris, mitte, imo etiam ante,
quā absoluas, sic, vt erunt recētia, si rudia, si adhuc
similia nascētibus. Respondebis nō posse perinde
carptim, vt contexta, perinde inchoata placere vt
effecta. Scio itaq; & a me æstimabuntur, vt cœpta,
spectabūtur vt mēbra, extremāq; limā tuam ope-
rientur in scrinio nostro. Patere hoc me supercæte-
ra habere amoris tui pignus, vt ea quoq; nori, quæ
nosse nemīnēvelles. In summa potero fortasse scripta
tua magis probare, laudare, quāto illa tardius, cau-
tiusq;, sed ipsum te magis amabo, magis laudabo,
quanto celerius, & incautius miseris. Vale.

C.PL.GEMINIO SVO.S.

Raue vulnus Macrin⁹ noster accepit, ami-
g sit vxorem singularis exēpli, etiā si olim
fuisset, vixit cum hac triginta nouem an-
nis sine iurgio, sine offensa. Quā illa reuerentiam
marito suo præstítit, cum ipsa summā mereretur,
quot, quātasq; virtutes ex diuersis aetatib⁹ sumptas
collegit, & miscuit. Habet quidē Macrinus grande
solarium, quod tantū bonū tādiu tenuit. Sed hoc
magis exacerbatur, quod amisit. Nā fruendis vo-
luptatibus, crescit carendi dolor. Ero ergo suspens⁹
ta, & cicatricem pati upossit, qā nihil æq;, ac necessi-

tas ipsa. & dies longa. & societas dolor iducit. vale.

C.PL.MONTANO SVO.S.

Ognouisse iā ex epistola mea debes, ad-
notasse me nup monimētū Pallantis sub
hac inscriptione, huic senatus ob fidē, pie
tatēq; erga patronos ornamēta præatoria decreuit
et festertium cēties quinquagies, cuius honore cō-
tentus suit, postea mihi visum est pretiū curā, ipm
S.C. quærere inueni tam copiosum, & effusum, vt
ille superbissim⁹ titulus modicus, atq; etiā de mis-
sus videretur. Cōferant se, misceāt nō dico illi vere
res, Africani, Achaici, Numantini, sed hi proximi
Marii, Syllæ, Pompei, nolo progredi longius, in fra
Pallatis laudes iacebunt, vrbanos, qui illa censue-
ruut, putem, an miseror dicerē Vrbanos, si senatū
deceret vrbanitas, Miseros, sed nemo tā miser est,
vt illa cogatur ambitio ergo, & pcedēdi libido, sed
quis adeo demēs, vt aut p̄suū, aut p̄ publicum de-
decus pcedere vellet in ea ciuitate, in qua hic esset
vſus florētissimæ dignitatis, vt prim⁹ in senatu lau-
dare Pallatēm posset, Omitto, quod Pallantis ero
præatoria ornamēta offerūtur, quippe offeruutur a
seruis. Mitto quod censem, nō exhortandū modo,
verūetiā compellēdum ad vſum aureorum annu-
lorū, erat enim contra maiestatem, senatus, si ferreis
prætoriis vteretur, Lœvia hæc, & trāseūda, Illa me
moranda, qđ nomine Pallatis, senatus, uerū expia-
ta postea ea iniuria est, Pallatis nomine senat⁹ gra-
tias agit Cæsari, quod & ipse cū summo honore mē

tionē eius p̄secutus esset, & senatui facultatem fecisset testādi erga eū benevolentiā suam. Quid n. senatui pulchrius, quam vt erga Pallantē satis gratus videretur? Additur vt Pallas, cui se omes p̄ vitiā parte obligatos fatētur, singularis fide, singularis iduſtriae ſuctum meritissimo ferat, platos imperii fines, redditos exercit⁹ Reip. credas. Adſtruītur his, cū senatui, populoq; Romano liberalitatis gratior repræsentari in nulla materia posset, quā ſi ab ſtinentiſſimi, fideliflmiq; custodis principalium opū facultates adiuuare contigisset. hoc tunc votū ſenatus, hoc præcipuum gaudium populi. hæc liberalitatis materia gratiſſima, ſi Pallatiſ facultates adiuuare publicarum opum egestione cōtingeret. iā quæ ſequuntur, voluisse quidem ſenatum censere dandū ex aerario ſeſtertiū centies quiuquagies, & quanto ab eiusmodi cupiditatibus ren otio eius animus eſſet, tāto ipensi⁹ petere a publico parēte, vt eū cōpellere ad cedēdum ſenatui. id deerat, vt cū Pallā te autoritate publica ageretur. Pallas rogaretur, vt ſenatui cederet, vt illi ſubpiffimæ abſtinētiæ Cæſar ipſe patron⁹, ipſe aduocare tur, ne ſeſtertium cēties quiuquagies ſperneret. Spreuit, qđ ſolū potuit tātis opibus publice oblatiſ, adrogātiuſ ſ. cere, quam ſi accepiffet. Senatus tamen id quoq; ſimilis querēti, laudib⁹ tulit, hiſ quidē verbis. Sed cū prīceps opti-
mū, parentq; publicus rogatus a Pallāte, eā partē ſententiæ, quæ ptinebar addandū ei ex aeratio cen-
ties quiuquagies ſeſtertiū, remitti voluiffet, testari ſenatū, & ſe libenter, ac merito hanc ſummā inter-

reliquos honores ob fidem diligentiamq; Pallatii
decernere cœpisse, voluntati tamē principis sui, cui
innullare fas putaret repugnare, iliac quoq; re ob-
sequi. Imaginare Pallantem velut intercedētem se
natus consulto, moderatēq; honores suos, & sester-
tiū centies quinquagies, ut nimiū recusante m. cum
prætoria ornamēta rāquam minus recepisset. Ima-
ginare Cæsarem liberti p̄cibus, vel potius imperio
coram senatu obtemperantē. Imperat enim liber-
tus patrono, quem i senatu rogat. Imaginare sena-
tum, vsquequaq; testantē merito, libēterq; se hāc
summā inter reliquos honores Pallatii cœpisse de-
cernere, & perseveraturū fuisse se, nisi obsequere-
tur principis volūtati, cui nō esset fas i vllare repu-
gnare. Ita ne festertium cēties quinquagies Pallas
ex ærario referret, verecundia ipsius, obsequio se-
natus opus fuit in hoc præcipue non obsecutri, si
in nulla re putasset fas esse nō obsequi. Finē existi-
mas: manedū, & maiora accipe. Vtq; cum sic vtile,
principis benignitatem promptissimam ad lau-
dem, præmiaq; merentiū inlustriarib; q; & maxi-
me iis locis, quibus incitari ad imitationem præpo-
siti rerum eius cura possent, & Pallantis spectatissi-
ma fides, atq; innocentia exemplo prouocare stu-
dium tā honestæ æmulationis posset, ea que quart-
to Kal. Februarī, quæ pxime fuissent, in amplissi-
mo ordine optim⁹ princeps recitasset, senatusq; co-
sulta de his rebus facta i ære inciderentur, idq; æs
figeretur ad statuam loricatam diui Iulii. Parū vi-
sum tantorū dedecorum esse curiam testem/dele


ctus est celeberrim⁹ locus, ī quo legēda prætentib⁹
legenda futuris pderentur. Placuit aere signari om
ueis honores fastidiosissimi Mancipi⁹, quosq; repu-
diasset quosq; quantum ad decernēteis pertinet,
ges̄sset, incisa, & inscalpta sunt publicis, æternisq;
monumentis prætoria ornamēta Pallantis sic quasi
fœdera antiqua, sic quasi sacræ leges. Tanta princis-
pis, tanta senatus, tanta Pallantis ipsius, quid dicā,
nescio, vt vellent in oculis omnium figi. Pallas in-
solentiam suā, Patientiam Cæsar, humilitatem Se-
natus. Nec puduit rationē turpitudini obtendere,
egregiā quidē, pulchrāq; rationē, vt exēplo Pallā-
tis præmiorū ad studium æmulationis cæteri pro-
uocaretur. Ea honorum vilitas erat, illorum etiā,
quos Pallas nō dedignabatur. Inueniebātur tamē
honesto loco nati, qui peterent, cuperentq; qđ dari
liberto, promitti seruīs videbant. Quā iuuat, quod
in tempora illa nō incidi, quorum sic me, tanquam
illis vixerim, pudet. Non dubito similiter adfici te.
Scio quā sit tibi viuus, & ingenuus animus, Ideoq;
facilius est, vt me) quāquam indignationē quibusdam
in locis fortasse vltra epistolæ modum extule-
rim) parū doluisse, quam nimis credas. Vale.

C.PL.TACITO SVO.S.

Eq; vt magistro magister, neq; vt disciplo
discipulus (sic enī scribis) sed vt discipulo
magister, nā tu magister, ego contra. atq;
adeo tu in scholam reuocas. ego adhuc saturnalia
extendo, librū misisti. nō potui longus hyperbaton
p.i.

facere, atq; hoc ipso probare, eū esse, qui nō modo
magister tuus, sed ne discipulus quidē debeā dici
sumā personā magistri, exera m̄q; in librū tuū ius,
quod dedisti eo liberius, quo nihil ex meis interim
missurus sum tibi, in quo te vlciscaris. Vale.

C.PL.ROMANOSVO.S.

Idisti ne aliquādo Clitumnū fontem: si

u nō dum, & puto nōdū, alioqui narrasset
michi. vide, quē ego (poenitet tarditatis)
proxime vidi. Modicus collis adsurgit antiqua cu-
pressu numerosus, & opacus. hūc subter fons exit,
et exprimitur plurib⁹ venis, sed iparib⁹, eluctatusq;
facit gurgitē, qui lato gremio patescit pur⁹ & vitre-
us, vt numerare iactas stipes, & relucēteis calculos
possis. Inde nō loci deuexitate, sed ipsa sui copia, &
quasi pondere impellitur. Fons adhuc, & iam am-
plissimū flumen, atq; etiam nauium patiens, quas
obuias quoq; & cōtrario nisu in diuersa tendēteis,
transmittit, & perfert, adeo validus, vt illa, qua pro-
perat, ipse tanquam per solum planū remis nō ad-
iuetur, idem aegerrime remis, contisq; superetur
aduersus. iucūdumvtrūq; per focum. ludumq; flu-
uitantibus, vt flexerint cursorum, labore ocio, ocū la-
bore variate. Rīpæ fraxino multa, multa pplo ve-
stiuntur. Quas perspicuus amnis vclut mersas viri
di imagie adnumerat. Rigor aquæ certauerit niui-
bus, nec color cedit. Adiacet tēplū priscū, & religio-
sum. Stat Clitumnus īpē amictus, ornatusq; præte-
cta. Præcens numen, atq; etiā fatidicū idicant sor-

teis. Sparsa sunt circa facella cōplura, totidēq; Dei, suā cuiq; veneratio suum nomē, quibusdam vero etiam fontes. Nā præter illum quasi parētem cætē rorum, sunt minores capite discreti, sed flumini mi scēntur, quod ponte trāsmittitur. Is termin⁹ sacri, profaniq;. In superiorē parte nauigare tantū, infra etiam natare cōcessum. Balineum Hispellates, qui bus illū locum diuus Aug. dono dedit, publice præbent, & hospitium. Nec de luntvillæ, quæ seculē fluminis amoenitatem, margini insistit. In summa'ni hil erit, ex quo non captes voluptatem, nam stude bis quoq;, & leges multa multorū omnib⁹ colūnis, omnib⁹ parietibus iscripta, quibus fons ille Deusq; celebratur. plura laudabis, nonnulla ridebis, quā quā tu vero, quē tua hūanitas, nulla ridebis. Vale.

C.PL.VRSO SVO.S.

9
Lim nō librū in manus, non stylum sum-
psi. olim nescio quid sit otium, quid quies,
quid deniq; illud iners quidem, iucūdum
tamē nil agere, nihil esse. Adeo multa me negotia
amicorū nec sedere, nec studere patiūtur. Nulla ei
studia tantisunt, vt amicitię officiū deseratur, quod
religiosissime custodiēdū studia ī p̄a p̄cipiūt. Vale.

C.PL.FABATO PROSOCER SVO.S.

10
Vo magis cupis ex nobis pneptesvi de-
q; re, hoc tristior audies, ne ptem tuā abortū
fecisse, dum se pregnautē esse puellariter
nescit, ac p̄c̄r hoc quedam custodienda pregnatio-
p.ii.

nibus omittit. facit omittēda, quem errorē magnis
 documentis expiauit, in summum periculū addu-
 cta. Igitur, ut necesse ē, grauiter accipias senectutē
 tuā quasi parat⁹ posteris destitutā, sic debes agere
 Diis gratias, quod ita tibi i præsentia, pñepotes ne-
 gauerunt, vt seruarēt neptem, illos reddituri, quo-
 rum nobis spem certiorem hæc ipsa, quanquā pa-
 rum prospere explorata facunditas facit. si dē nūc
 ego te, quibus ipsum me hortor, moneo, cōfirmo.
 neq; em ardēti⁹, tu pronepotes, quā ego liberos cu-
 pis, quibus video a meo, tuoq; latere pronū adho-
 nores iter, & audita lati⁹ nomina, & nō subitas ima-
 gines relicturus. Nascātur modo, & hunc nostrum
 dolorem gaudio mutant. Vale.

C.PL.ISPVLLAE SVO.S.

Vm affectum tuum erga fratris filiam co-
 gito, etiā materna indulgētia molliorem,
 intelligo prius tibi, quod est posterius nū-
 tiandū, vt præsumpta lætitia sollicitudini locū non
 relinquat, quanquā vere or ne post gratulationem
 quoq; in metū redeas, atq; ita gaudeas periculo li-
 beratam, vt simul, qđ pericitata sit, perhorrescas,
 iam hilaris, iam sibi, iam mihi reddita icipit refici,
 transmissumq; discriminē cōualescēdo remetiri. Fuit
 alioqui i summo discriminē, impune dixisse liceat.
 fuit nulla sua culpa, ætatis aliqua, inde abortus, &
 ignorati vteri triste experimentū. Proinde & si nō
 cōtigit tibi defyderi⁹ fratris amissi, aut nepote ei⁹,
 aut nepte sc̄lari, mcmēto tamen dilatū magis istd.

quam negatum,cūsalua sit,exquasperari potest,
simul excusa patri tuo casum,cui paratior apud fœ
minas venia est.Vale

C.PL ·MINICIANO SVO.S.

Vnc solū diem excuso, Recitaturus est Titti
nius Capito, quē ego audire nescio magis
debeam, an cupiam Vir est optim⁹, et inter
præcipua seculi ornamenta numerandus, colit stu
dia, studiosos amat, fouet, prouehit, multorū, qui
aliqua cōpochunt, portus sinus prämium, omnīū
exemplū, ipsarum deniq; literarum iam senescen
tium reductor, ac rcfotmator, Domū suā recitanti
bus præbet, auditoria, nō apud se tantum benigni
tate mira frequētat, mlhi certe, si modo i vrbe est,
defuit nunquam. Porro tātot urpius gratiam uon
referre, quanto honestior cauſa referēda An si litig
bus ternerer, obstrictū esse me crederē obeunti ad
vadimonia mea, nunc quia mihi omne negotiū,
ois in studiis cura, minus obligor tanta sedulitate
celebrantι, in quo obligari ego, nedicā soleo, certe
maxime possum. Quod si illi nullam vicem, nulla
quasi mutua officia deberem, solicitarer tñ vel in
genio hominis pulcherrimo, & maximo, & in sum
ma seueritate dulcissimo, vel honestate, materia.
Scribit exitus ilustriū virorū in iis, quorundā mihi
carissimorum, Videor ergo fungi pio munere, quo
rumq; exequias celebrare non licuit, horum quasi
funeribus laudationibus, seris quidem, sed tanto
magis veris interesse. Vale.

Robo, quod libellos meos cum patre legisti
 p Pertinet ad profectū tuum a disertissimo
 ro discere, quid laudandū, quid reprehēdū,
 simul ita iſtitui, ut verū dicere adsuescas. vides, quē
 sequi, cuius de beas implere vestigia. O te beatum,
 cui contigit vnum, atq; idem optimum, et coniunctissimum
 exemplar, qui deniq; eum potissimum
 imitandum habes, cui natura esse te similiūm vo
 luit. Vale.

C.PL.ARISTONISVO.S.

Vm sis peritissimus & priuati iuris, & publici,
 c cuius senatoriū est cupio ex parte potissimum
 audire, errauerī in senatu proxime necne,
 non vt in præteritum (serum enim) verum vt in fu
 turū, siquid simile inciderit, erudiar. Dices, cur quę
 ris, quod nosse debeas? Priorum temporum serui
 tus, vt aliarum optimarum artium, sic etiam iuris.
 Senatorii obliuionem quandam, et ignorationem
 induxit. Quotus enim quisq; tam patiēs, vt velit di
 scere, quod in vsu nō sit habitaturus? Adde, qđ dif
 fīcile est tenere, quę acceperis, nisi excrreas. Itaq; re
 ducta libertas rudeis nos & iperitos deprehendit,
 cuius dulcedine accensi cogimur quedā facere āte.
 quam nosse. erat autē antiquitus iſtitutum, vt a ma
 ioribus natu, nō auribus modo, verum etiam occu
 lis disceremus, quę facienda, mox ipsi, ac per vices
 quasdā tradēda minoribus haberemus. ide adulē?

scētuli statim castrēbus stipēdiis ibuebātur. vt
imperare parendo, duces agere. dū sequūtur. ade
suererent. Inde honores petituri adsistebāt curiæ
foribus, et cōsiliī publici spectatores ante. quā cōfor
tes erant. Suus cuiq; parēs pro magistro, aut cui pa
rens non erat maximus quisq; et vetustissimus pro
parente. Quæ potestas referentibus, quod cēsentī
bus ius, quævis magistratib⁹, quæ cæteris libertas,
vbicēdendū. vbī resistendū, qđ silentii tēpus, quis
dicendi modus, quæ distinctio pugnantiū sētētiār^z,
quæ executio prioribus aliquid addentiū. Omne m
deniq; senatoriū morem, quod fidelissimū precipi
endi genus, exēmplis docebātur. At nos iuuenes,
fuiū quidē in castris, sed cū, suspectavītus, inertia
in pretio, cūducib; autoritas nulla, nulla militib⁹
verecūdā, nūsq; iperiuū, nūsq; obsequiū, omia soluta,
turbata, atq; etiā in contrariū versa, postremo obli
uiscenda magis, q̄ tenenda. Idem prospexim⁹ cu
riā, sed curiā trepidā, et elinguem cū diccre, quod
velles, periculosū, quod nolles, miserū esset. Quid
tunc dici potuit. quid didicisse iuuit, cū senatus aut
ad otium summū, aut ad sūmū nefas vocaretur?
et modo ludibrio, modo dolori retētus, nunquā se
ria, tristia sāpe censeret: eadē mala iā senatores, iā
participes malorum multos per annos vidiū, tuli
musq; quibus ingenia nostra in posterū quoq; he
betata, fracta, contusa sunt breue tēpus (nā tāto bre
uius omne, quanto felicius tēpus) qđ libet scire, qđ
simus, libet exercere, quod sum⁹. quod iusti⁹ peto,
primum, vt erroris, si quis est error, tribuas veniā,

deinde medearis sciētia tua, cui superfluit curæ, sic
lura publica, vt priuata, sic antiqua, vt recentia, sic
rara, vt adsidua tractare. Atq; ego arbitror illis ēt,
quibus plurimarū rerū agitatio frequens nihil esse
ignotū patiebatur. Genus quæstionis, quod adfero
ad te, vt nō satis tritum, aut etiam iuexpertū fuisse
hoc et ego excusatior, si forte sum lapsus, & tu dis-
gnior laude, si potes id quoq; docere, quod i obsec-
ro est, an didiceris. Referebatur de libertis Afrāni
Dextrī consulis incertū sua, an suō manu, scele-
re, an obsequio perēptī hos, aliis, quis? Ego sed ni-
hil refert, post quæstionē suppicio liberandos, aliis
in insulā relegandos, aliis morte puniendos arbī-
trabatur. Quarū sententiæ & tanta diuersitas erat,
vt non possent esse, nisi singulæ, quid enim cōmune
habet occidere, et relegare? & nō Hercule magis q̄
relegare et absoluere, quāquam propior aliquāto
est sententiæ relegātis, quæ absoluerit, quā quæ oc-
cidit, vraq; enī ex illis vitam relinquit, hæc adimit.
Cum interim & qui morte puniebant, & qui rele-
gabāt vna se debant, et tēporaria simulatiōe cōcor-
diæ discordiā differebāt. Ego postulabā, vt tribus
sententiis cōstaret suus numerus, necse breuibus i-
duciis duæ iungerent. Exigebā ergo, vt qui capita
li suppicio adficiendos putabant, discederent a re-
legante, nec interim contra absoluenteis mox dis-
sēsūrī cōgregarētur, quia parvulum referret, an idē
displiceret, quibus non idem placuisset. Illud eti-
am mihi permirum videbatur, eum quidem,
qui libertos relegandos, seruos suppicio adficien-

dos censuisset, coactum esse diuidere sententiam, hunc autem, qui libertos morte multaret, cum relegate numerari. Nam si oportuisset diuidi sententiā unius, quia res duas comprehendēdebat, non reperiebā, quemadmodum posset iungi sententia duorum tam diuersa sententiā. Atque adeo permitte mihi, sic apud te, tanquam ibi, sic peracta re tanquam adhucitegta, rationem iudicii mei reddere, quaeque tunc carpim, multis obstrepenibus dixi nūc per otium iungere, fingamus treis omnino iudices in hanc caussā datos esse, hogz unū placuisse perire libertos, alteri relegari, tertio absoluiri. Vtrum ne sententiæ duæ conlatis viribus nouissimam prement, an separati una quaeque tantundem, quantū altera valebit. nec magis poterit secunda prima cōiecti, quam secunda cum tertia. Igitur in senatu quo numerarari tanq; contrarie debent, quae tanquam diuersæ discuntur. Quod si unus, atque idem et perdendos censeret, & relegandos, vnu ex sententia unius, et perire possit, & relegari. Nū deniq; omnino una sententia putatur, quae tam diuersa colligeret, quemadmodū igitur cum alter puniendos, alter censeat relegandos, videri potest una sententia, quae dī a duobz, quae non videretur una, si ab uno dicaretur. Quid lex, nō aperte docet dirimi debere sententias occidētis, et relegantis, cum ita discessionē fieri iubet, qui haec sentitis, in hanc partē, qui alia omnia in illam partē ite, qua sentitis. Examina singula verba, et expende, qui haec censemus hoc est, qui relegados putatis, in hanc partem, id est in eā, i qua sedet, qui censuit

relegandos. Ex quo manifestū est, non posse ī eadē
parte remanere eos, qui interficiēdos arbitrantur,
qui alia oīa animaduertis, vt nō contēta lex dicere
alia, addiderit omnia, num ergo dubiū est, alia oīa
sentire eos, qui occidunt, quam qui, relegāt, in illā
partem ite, qua sentitis, nō ne videtur ipsa lex eos,
qui dissentunt, in contrariam partē vocate, coge-
re, impellere non consulere etiā m. vbi quisq; rema-
nere, quo transgredi debeat, nō tñ solennibus ver-
bis, sed manu, gestuq; demonstrat. At enim futu-
rū est, vt si diuidantur sententiæ interficiētis, & rele-
gantis, præualeat illa, quæ absoluit, Quid istud ad
censenteis, quos certe non decet omnibus artibus.
omni ratione pugnare, ne fiat, q; est mitius, opor-
tet tñ eos, qui puniunt, et qui relegant, absoluenter
bus primū, mox inter se comparari. scilicet vt i spe-
ctaculis quibusdam fors aliquem scponit, ac seruat
qui cū victore cōtendat, sic in senatu sunt aliqua pri-
ma, sunt secunda certamina, et ex duabus senten-
tiis eā, quæ superior exierit, tertia cōspectat Quid,
quod prima sententia cōprobata, cæteræ perimū-
tur. Qua ergo rōne potest esse uon vnus, atq; idē
locus sententiarū, quarum nullus est. Postea plani-
us repetam, nisi dicente sententiā eo, qui relegat, il-
li, qui puniunt capite, initio statim in alia descendunt,
frustra postea dissident ab eo, cui paulo ante con-
senserint. Sed quid ego similis docēti, cū discere vel-
an sententias diuidi, an iri in singulas oportuerit?
Optiuui quidē, quod postulabam, nihilominus ta-
men quæro, an postulare debuerim, an abstinere,

Quemadmodum abstinuit Is^r qui vltimū suppliciū sumēdū esse censebat. Nescio an iure certe æq^tate postulationis meæ victus, omissa s^tentia sua accessit releganti. veritus scilicet, ne si diuideretur sententia, quod alioqui fore videbatur, ea, quæ absoluendos esse c^erebat, numero præualeret. Eteni lōge plures in hac vna, quā in duabus singulis erāt. Tum illi quoq^z qui autoritate eius trahabantur, trā seunte illo desituti reliquerunt sententiam ab ipso autore desertam, secutiq^z sunt quasi trāsfugā, quā ducem sequebantur. Sic ex tribus sententiis due factæ, tenuitq^z ex duab^z altera, tertia expulsa, quæ cū ambas superare non posset, elegit ab utra vince retur. Vale

C.PI, IVNIORI SVO.S.

Neraui te tot pariter missis voluminib^z, sed onera ui primum, quia exegeras, deinde, quia scriperas, tam gracileis isticvindemias esse, vt plane scire m tibi vacaturum (quod vulgo dicitur) librum legere. Eadem ex meis agellis nūtiātur. Igitur mihi quoq^z licebit scribere, quæ legas sit modo, vnde chartæ emi possint, quæ si scabre bis bulæue sint, aut non scribēdū, aut necessario quidem scripserimus boni, mali deleuimus.

Vale.

C.PL.PATERNO

Onficerūt me infirmitates meorum, mortes etiam et quidem iuuenum. Solatia duo

nequaquam paria tanto dolori solatia tamen. vni
 facilitas manumittendi, video et nimirum non omnino
 immaturos perdidisse, quos iam liberos perdisse, al-
 terum. cum permitto seruis quoque quasi testamen-
 ta facere, eaque ut legitima custodio, mandat, rogatque,
 quod visum, pareo ocyus. suis diuidunt, donant, re-
 liquunt duntaxat intra domum. nam seruis Resp.
 quædam, et quasi ciuitas, domus est. Sed quā quā
 his solatiis adquiescam, debilitor et frāgor eadem
 illa humanitate, quæ me, ut hoc ipsum permetteret,
 induxit. Non ideo tñ velim durior fieri, nec igno-
 ro alios, eiusmodi casus nihil amplius vocare, qui
 da mnum, eoque sibi magnos homines, & sapientes
 videri, qui an magni, sapientesque sint, nescio, homi-
 nes sunt. Hominis est enim adfici dolore, sentire,
 resistere tamen et solatia admittete, nō solatiis nō
 egere Verum de his plura sortasse, quā debui, sed
 pauciora, quā volui. Est enim quædam etiam dolē
 di voluptas, præsertim si i amici sinu defleas, apud
 quem lacrymis tuis vel laus sit parata. vel venia.
 Vale.

C.PL.MCRINO SVO SAL.

Vm isti c quoque immiti, et turbidū cœlum!
 n hic adsiduae tempestates, et crebra diluvia.
 Tyberis alueum excessit & de missioribus ri-
 pis alte superfunditur. quanquam fossa, quam pro-
 uidentissimus imperator fecit, exhaustus premit
 ualleis, innatat campis, quaque planum solū, pro so-
 lo cernitur. inde, quæ solet flumina accipere, & per

mista deuehere, velut obuius retro cogat, atq; ita
 alienis aquis operit agros, quos ipse nō tāgit. Anio
 delicatissim⁹ amniū. ideoq; adiacētib⁹ villis velut
 inuitat⁹, retētusq; magna ex parte nemora, quib⁹
 inumbratur, & fregit, & rapuit. subruit monteis, &
 decidentiū mole pluribus locis clausus, dum amissi-
 sum iter querit, impulit tecta, ac se sup ruinas eue-
 xit, atq; extulit. Viderūt hi, quos excelsioribus ter-
 ris illa tempestas non deprehendit, alibi diuitū ap-
 paratus, & grauem spellectilem, alibi infrumēta
 ruris, ibi boues, aratra, rectores, hic soluta, & libe-
 ra armenta. atq; inter hæc arborū truncos, aut vil-
 larum trabeis atq; culmina, varie, lateq; fluitantia.
 Ac ne illa quidem loca malo vacauerūt. ad quænō
 ascendit amnis. Nam pro amne imber assiduus, &
 deiecti nubibus turbines, proruta opera, quib⁹ pre-
 tiosa rura cingūtur, quassata, atq; etiā decussa mo-
 nimēta. Multi eiusmodi casibus debilitati, o bruti,
 obtriti, & aucta luctibus dāna. Nequid simile istic,
 pro mensura periculi, vereor, teq; rogo, si nihil tale
 est, quā maturissime sollicitudini meæ cōsulas. Sed
 eti tale, id quoq; nunties'. Nam paruulum differt
 patiaris aduersa, an expectes, nīl qđ tamē est dolē
 di modus, non est timendi. doleas enim quantum
 scias accidisse, timeas, quantū possit accidere. Vale.

C.PL, RVFINO SVO.S.

Alsum est nimirū, quod creditur vulgo,

f testamenta hominū speculum esse morū,

eū Domitius Tullus longe melior apparuerit mo^tte, qnam vita. Nam cum se captādum præbuisset, reliquit filiam hæredem, quæ illi cum fratre com^munis, quia genitam fratre adoptauerat. Prosecutus ē nepotes plurimis, iucundissimisq; legatis. Prosecutus etiam pronepotē. In summa oīna pietate plenissima, ac tāto magis quoniā iexspectata sunt. Ergo varii tota ciuitate sermones. alii fictum, igratum, immemorem loquuntur, secq; ipsos, dum inse^ctantur illū, turpissimis confessionibus pdunt, q de illo vt de patre, auo, proavo, quasi orbi quaerātur. alii cōtra hoc ipsum laudibus ferūt, quod sit frustratus iprobas spes hominū, quos sic decipere p moribus temporum prudētia est. Addunt etiā nō fuisse ei liberū alio testamēto mori. neq; enī reliquise opes filiæ, sed reddidisse. quibus autē per filiā fuerat. Nam Curtius Mancipia perosius, generum suum Domitium Lucanum (frater est Tulli) sub eacō ditione, vt filium eius. Neptē suam institueret hæ redem, si esset manu patris emissa, emiserat pater, adoptauerat patru⁹. atq; ita circūscripto testamēto, consors frater in patris potestate emancipatā filiam adoptionis fraude reuocauerat, & quidē cum opibus amplissimis. Fuit alioqui fratrib⁹ illis quasi fito datum, vt diuites fierent iuitissimis, a quibus facti sunt. Quinetiā Domitius Afer, qui illos in numero adsumpsit, reliquit testamētu ante octo & decem annos nūcupatum, adeoq; postea improbatū sibi, vt patris eorum bona proscribenda curauerit. Mīta illius asperitas, mīta felicitas horū, illius aspe

ritas, qui numero ciuium excidit, quem sociū etiā
in liberis habuit. Felicitas horū, quibus successit in
locum patris, qui patrem abstulerat. Sed hæc quoq;
hæreditas Afri, ut reliqua cum fratre qnæsita, trās-
mittenda erāt filiæ fratris, a quo Tullus ex asse hæ-
res institutus, prælatusq; filiæ fuerat, vt cōciliaretur
Quo laudabili⁹ testamentum est, qd pietas, fides,
pudor scripsit. In quo deniq; om̄ibus adfinitatibus
pro cuiusq; officio gratia relata est, relata, & vxori.
Acceptit amœnissimas villas, accepit magnā pecu-
niām vxor optima, & patiētissima, ac tanto melius
de viro merita, quāto magis reprehēla, quod nu-
psit. Nā mulier natalib⁹ clara, moribus proba, Ae-
tate declivis, diuvidua, mater olim, parum decore
secuta matrimonii videbatur diuitis senis ita pdi-
ti morbo, vt esse tædio posset vxori, quam iuuenis,
sanusq; duxisset. Quippe omnib⁹ inēbris extort⁹,
et fractus tantas opes solis oculis obibat, ac ne i le-
ctulo quidem, nisi ab aliis mouebatur. Qui netiam
(Fœdum, miserandumq; dictu) denteis lauādos,
fricandoq; præbebatur. Auditum est frequēter ab ip-
so, cū quereretur de cōtumeliis debilitatis suæ, digi-
tos seruorū suorū quotidie liguere. Viuebat tñ, &
viuere volebat sustentāte maxime vxore, quæ cul-
pam inchoati matrimonii in gloriam pseuerantia
verterat. Habes omneis fabulas vrbis. Nām sunt
venales tabulæ Tulli, exspectatur auctio, fuit enim
tā copios⁹, vt amplissimos hortos, eodē quo eme-
rat, die istruxerit plurimis, & antiquissimis statuīs.
tantū illi pulcherrimorum operum in horreis, quæ

neglegebatur. In uicem tu siquid epistola dignū,
ne grauare scribere. Nam cum aures hominū no-
uitate lætantur, tum ad rationem vitæ exemplis
erudimur. Vale.

C.PL.MAXIMOSVO.S.

T gaudiū michi, & solatium in literis, nī:
e hilq; tam lætum, quod his lætus, nihil tā
triste, quod non per has min⁹ triste. Iraq;
et infirmitate vxoris, & meorū periculo. quoruđā
vero etiā morte turbatus, ad vnicum doloris leua-
mentum studia confugio, quæ præstāt, vt aduersa
magis itellegam, sed patiētius feram. Est autē mi-
hi moris, quod sum daturus in manus hominum,
ante amicorum iudicio examineare, in primis tuo,
Proide. siquādo, nūc intēde libro, quem cū hæc epi-
stola accipies. quia vere or, ne ipsi, vt tristis, parū in-
tēderim. Imperare enim dolori, vt scriberē, potui,
vt vacuo aio, lætoq;, non potui. Porro vt ex studiis
gaudiū, sic studia hilaritate pueniunt. Vale.

C.PL.GALLOSVO.S.

D quæ noscenda iter igredi, transmittere
a mare solem⁹, ea sub oculis posita neglegi
mus. sed quia ita natura comparatum, vt
proximorum incnriosi, lōginqua se temur, seu qđ
omnium rerum cupidō lāgue scit, cū facilis occasio
est, seu quod differimus, tanquam lēpe visuri, qđ
datur videre, quoties veliscernere. Q uacunq; de
caussa multa per yrbe nostra, iuxtag; vrbe, nō ocu-

Lacus

lis modo, sed ne auribus quidē nouim⁹. Quæ si tu
lisset Achaia, Aegyptus, aliaq; quælibet miraclorū
ferax, cōmendatrixq; terra, audita, perfecta, lustra
taq; haberemus. Ipse certe nuper, qđ nec audierā
ante, nec viderā, audii pariter, & vidi. Exegerat p
socer meus, vt amærina prædia sua inspicere, hæc
perambulanti mihi ostendit subiacēs lacus nomi
ne Vadimonis, simul quædam incredibilia narrā
tur, perueni ad ipsum. Lacus est i similitudinem ia
centis rotæ circūscriptus, & vndiq; æqualis, nullus
sinus obliquitas nulla, omnia dimēsa, paria, & qua
si artificis manu cauata, & excisa. Color cœruleo al
bidior, & pressior sulphure, odor, saporq; medicat⁹.
vis qua facta solidatur. Spatiū modicum quod ta
mensentiat ventos, & fluctibus intumescat, nulla
in hoc nauis (sacer emēst) sed innatant iulæ herbi
dæ, omnes harūdine & iuncto tectæ, quæq; alia fœcū
dior palus, ipsaq; illa extremitas lacus effert. Sua
cuiq; figura, vt modus cūctis margo derasus, quia
frequenter vel litori, vel sibi illisæ terunt, terūtq;
Par omnibus altitudo, par leuitas, quippe inspeci
carinæ humili radice descendunt, hæc ab omni late
re perspicitur, eadem aqua pariter suspensa & mer
sa. Interdum iunctæ copularæq; & contin etis simi
les eunt. Interdum discordatibus ventis digerun
tur, nonnunquam destitutæ tranquillitate singulæ
fluitant. Sæpe minores maioribus, velut cimbulæ
oneratis, adhærescant. Sæpe inter se maiores, mi
noresq; quasi cursum, certamēq; desumunt, rursus
omnes in eundē locum adpulsæ, qua steterūt, pro
q.i.

mouent terrā. Et modo hac, modo illa lacum red-
dunt, auferuntq;. Auctum demum, cum mediū te-
nuete, nō contrahunt. Constat pecora herbas secu-
tas sic in insulas illas, vt in extrema ripā procedere
solere, nec prius intelligere mobile solum, quam li-
tore abrepta, quasi illa, & imposita circūfusum vni-
dig; lacum p auent. mox, quo tulerit vētu s egressa,
nō magis sed descēdiſſe sentire, quā senserint aſce-
diſſe. Idem lacus in flumē egeritur, quod vbi ſe pau-
lisper oculis dedit, ſpecu mergitur, alteq; cōditum
meat, ac ſiq d aī, quā subducetur, accepit ſeruat,
et pfert. Hæc tibi ſcripsi, quia nec min⁹ ignota, quā
mihi, nec min⁹ grata credebam. Nam te quoq; vt
me nihil aequē, ac naturae opera delectat. Vale.

C.PL.ARRIANO SVO.S.

Tin vita, ſic in ſtudiis pulcherrimum, et
humanissimum aēſtimo, ſeu eritatē, comita
temq; miſcere, ne illa in tristiam. hæc in
petulantiam pcedat Qua ratione ductus, grauior
ra opera lusibus, iocisq; diſtinguo. Ad hos proferē-
dos & tempus, & locum opportunissimum elegi, vtq;
ſiam nūc adſuſcerent, & ab otioſis, & in triclinio au-
diri. Iulio mense, quo maxime lites interquiescūt.
politis aī leetos cathedris, amicos collocaui. Forte
accidit, vt eo die mane i aduocationē ſubitā roga-
ret, quod mihi cauſam præloquendi dedit. Sū em
deprecatus, ne quis, vt ireuerētē operis argueret,
quod recitaturus, quāquā & amicis, & paucis, id est

iterū amicis, foro & negotiis nō abstinuisse. Ad-
didi hūc ordinē, me & in scribendo sequi, vt necessi-
tates voluptatibus, seria iucūdis anteferrē, ac pri-
mum amicis, tum mihi scribere. Liber fuit & opus-
sculis varius, & metris, ita solem⁹, qui ingenio pa-
rum fidim⁹, satietatis periculū fugere. Recitauit
duo, hoc ad sensus audiētū exegit. Et tamen ynt alij
transeunt quædam, imputantq; quod transeant,
sic ego nihil prætereo, atq; etiā nō præterire me te-
stor. Lego enī omnia, vt omnia emendem, qđ con-
tingere nō potest electa recitatib⁹. At illud mode-
stus, & fortasse reuerēti⁹, sed hoc simplici⁹, & amā-
tius. Amat. n, qui se sic amari putat, vt tædiū nō p-
timescat, alioqui qui præstant sodales, si conueniūt
voluptatis suæ cauſa delicat⁹, ac similis ignoto est,
qui amici librum bonum mauolt audire, quam fa-
cere. Nō dubito cupere te pro cætera mei caritate
quāmaturissime legere hunc adhuc mustēū librū.
Leges sed retractatum, quæ cauſa recitādi fuit, &
tamen nōnulla iam ex eo nosti, haec vel emendata
postea vel (quod interdū lōgiore more solet) dete-
riora facta, quasi noua rur⁹, & rescripta cognosces.
Nam pleriq; mutatis, ea quoq; mutata videntur,
quæ manent. Vale.

C.PI.. GEMINIO SVO.S.

22

Ostī ne hos, qui omniū libidinum serui,
n sic aliorum vitiis irascuntur, quasi inuide-
ant, & grauissime puniunt, quos maxime
unitantur, cum eos etiam, quinō indigēt clemētia
q.ii.

Vllius nihil magis, quā lenitas deceat. Atq; ego op-
timū, & emēdatissimū existimo, q; cæteris ita igno-
scit, tāquā ip̄e quotidie peccet, ita peccatis abstinet,
tanquā nemini ignoscat. Proinde hoc domi, hoc fa-
ris, hoc in orni vitæ genereteneamus, vt nobis im-
placabiles simus, exorabiles istis, etiā qui dare ve-
niā nisi sibi nesciūt. Mādemusq; memoriae, qđ vir-
mitissim⁹, & ob hoc quoq; maxim⁹ Thrasea crebro
dicere solebat. Qui vitia odit, homines odit. For-
tasse quæris, quod cōmotus hoc scribam. Quidā,
sed melius coram, quanquam ne tunc qnidē. Vere
or enī, ne id, quod improbo, eos sectari, carpere, re-
ferre, huic qđ quā maxime præcipimus, repugnet.
Quisquis ille, qualiscūq; sileatur, quem insignire
exempli nihil, non insignire humanitatis plurimū
refert. Vale.

C.PL. MARCELLINO SVO.S.

Mnia mihi studia, omneis curas, oīa au-
o camenta exemit, excussit, eripuit dolor,
quem ex morte Iunii Auiti grauissimū
coepi. Latum clauū in domo mea induerat, Suffra-
gio meo adiutus in petendis honoribus fuerat ad
hoc ita me dilexerat, ita verebatur, vt me forma-
tore morū, me quasi magistro vteretur. Rarū hoc
adulescētibus nostris. Nam quotus quisq; vel aetate
alteri⁹, vel autoritate vt minor cedit? Statim sapiūt
neminem, atq; ipsi sibi exēpla sūt. Sed non Auitus
cuius hæc præcipua prudētia, quod alios prudētio-

tes arbitrabatur. hæc præcipua eruditio, qd̄ discessore volebat. s̄p̄er ille, aut de studiis aliquid, aut de officiis vitæ consulebat. s̄p̄er ita recedebat, vt melior factus, et erat factus, vel eo, quod audierat, vel quod omni in quaesierat. Quod ille obsequiū Seruiano exactissimo viro preslitit, quem legatum tribunus Ita et intellexit, excepit, vt ex Germania in Pannoniā transiuntem, non ut cōmilito, sed ut comes, adsectorq; sequeretur, qua industria, qua modestia quæstor cōsulibus suis (et plureis habuit) nō minus iucund⁹, et grat⁹, quā usui fuit, quo discursus, qua vigilantia hāc ipsā ædilitatē, cui præceptus est petiit. Quod vel maxime dolorem meum vice rat obuersantur oculis passi labores, et in fructuosa preces, et honor, quem meruit. Tantum reddit animo ille latus clausus in penatibus meis sumptus, rediut illa prima, illa postrema suffragia mea, illi sermones, illae consultationes. Adficior adolescentia ipsius, adficior necessitudinū casū. Erat illi grandis natu patens, erat vxor, quam ante annum virginē acceperat, erat filia, quā paulo ante sustulerat. Tot spes, tot gaudia dies unus in diuersa cōuerit. Modo designatus ædilis, recens maritus, recens pater intactum honorem, orbā matrē, viduam vxorem, filiam pupillam, signaramq; patris reliquit. Accedit lachrymis meis, quod absens, et impendētis mali nescius, pariter ægrum, pariter deceſſisse cognouit ne grauissimo dolori timore consuescerē. In tantis tormentis eram, cū scribere in hac, neq; enim nūc aliud aut cogitare, aut loqui possum. Vale.

Mor in te meus cogit, nō vt præcipiā, (nec
enī præceptor eges) admoneam tñ, vt quæ
scis, teneas, & obserues, aut scias melius, cogi-
tate missū in prouinciam Achaiam illam veram &
meram Græciam, vbi humanitas, literæ, etiam fru-
ges inuentæ esse creduntur, missum ad ordinandū
statum liberarum ciuitatium, id est ad homines ma-
xime liberos, qui ius a natura datum virtute, meri-
tis, amicitia, sedere deniqz, et religione, tenuerint.
Reuerere conditores deos numina deoꝝ, reuere
re gloriā veterē, & hāc ipsā senectutem, quę in ho-
mine venerabilis, in vrbibꝫ sacra est, sit apud te ho-
nor antiquitatis, sit ingentibus factis, sit in fabulis
quoqz. Nihil ex cuiusqz dignitate, nihil ex libertate,
nihil ex cuiusqz iactatiōe decerpseris, habe ante
oculos hanc esse terrā, quæ nobis miserit iura, quæ
leges non victa, sed potentibꝫ dederit. Athenas es-
se, quas adeas. Lacedemonē esse, quā regas, quibꝫ
reliquam vmbra, et residuum libertatis nomē eripe
re durū, ferū, barbarūqz est, yides a medicis, quan-
quam i aduersa valetudine nihil serui, ac liberidif-
ferant, mollius tamen liberos, de mētiisqz tracta-
ri. Recordare quid queqz ciuitas fuerit, nō vt despī-
cias, nonod esse desierit absit suberia, asperitas, nec
timueris cōtemptū, an contemnitur, qui ī imperiū,
cū fasces habet, nisi qui humilis, et sordidꝫ, et qz se
primus ipse cōtemnit. Male vim suam potestas alio-
rū cōtumeliis experitur, male terroreyeneratio ad

qui situr. sōgeq; valētior amor ad optinendū, quod
 velis, quam timor. nā timor abit, si recedas, manet
 amor, ac sic, vt ille in odiū, hic in reuerentiā verba =
 tur. Te vero etiam atq; etiā (Repetam enim) memi
 nisse oportet officii tui titulum, actibi ipsum inter =
 pretari, quale, quantūq; sit ordinate statum libera =
 rum ciuitatum Nā quid ordinatione ciuilis, quid
 libertate pretiosius, porro quam turpe, si ordinatio
 euersione, libertas seruitute mutetur? Accedit, q̄
 tibī certamē est tecū, onerat te quæsturæ tuæ fama
 quā ex Bithynia optimā reuexisti, onerat testimoniū
 p̄cipis, onerat tribunatus, prætura, atq; hęc ip
 sa legatio quasi præmiū data. Quo magis nitendū
 est ne in longiquā prouinciā, quā suburbanam, ne
 inter seruenteis, q̄ liberos, ne forte, q̄ iudicio mis
 sus, ne rūdis, et incognitus, quam exploratus, pro =
 batusq; humanior, melior, peritior, fuisse videaris,
 cum sit alioqui, vt sepe audiuisti, sepe legisti multo
 deformat, amittere, quam non adsequi laudē Hęc
 velim credas, quod initio dixi scriptiſſe me admo =
 nentem, uon p̄cipiente m, quanquam p̄cipien =
 tem quoq; Quippe non vereor in
 amore, ne modum excesserim.

neq; enī periculū est
 ne sit nimīū, quod
 esse max̄ mū,
 debet Vale.

C.PL. SECUNDI EPISTOLA
RVMLIEER NONVS.

C.PL. MAXIMO SVO SAL.

Aepe te monui, ut libros, quos vel pro te, vel in plantam, immo & pro te et in illum (ita enim materia cogebat,) cōposuisti, quam matuissime emitteres quod nunc præcipue morte eius auditia. et hortor et moneo. Quāuis enī legeris multis, legendosq; de deris, nolo tñ quenquam opinari defuncto demum incohatos quos incolumi eo peregisti. Salua sit ibi constantia, et fama. Erit autem si notū aequis. inquisq; fuerit, non post inimici mortem scribendi tibi natā esse fidiam, sed iam paratam editionē morte præuetam.

Simul vitabis illud οὐχ ὄστιν φθύμεροι. Nāqd de viuente scriptum, de viuente recitatum est, in defuictum quoq; tanquam viuentem adhuc editur, si editur, statim igitur Si quid aliud in manib; differ, interim hoc perfice, quod nobis, qui legim⁹ olim, absolutum videtur, sed iam videatur et tibi, cuius cunctationem ne res ipsa desyderet, etiā ho-
ris ratio precedit. Vale.

C.PL. SABINO SVO.S..

Ac si lucunde, quod non solū plurimas epi-
stolas meas, verum etiam longissimas flagi-
gas, in quibus parcior fui, partim quia tuas

occupationes verebar, partim quia ipse multū dis-
tringebar plerumq; frigidis negotiis, quæ simul &
auocant animum, & cōminuunt. Praeterea uec ma-
teria plura scribendi, dabatur, neq; enī eadē nos-
tra cōditio quæ. M·Tulii ad cuius exemplum nos
vocas. illi enim et copiosissimū ingeniū. et pat inge-
nio materia, quāta varietas rerum, quā magnitu-
do largissime suppotebat. Nos quā angustia termi-
nis eludamur, etiā tacete me perspicis, nisi forte vo-
lum^o scholasticas tibi, aq; t (vt ita dicā) vmbra ticas
litteras mittere. Sed nihil minus aptū arbitramur,
cum armavestra, cum castra, deniq; cornua, Tubas
sudorem, puluerē, soles cogitamus. Habes, vt puto
iustum excusationem, quam tñ dubito, an tibi pro-
bari velim, est enī summi amoris negare veniam
breuibus epistolis amicorum, quamvis scias illis cō-
stare rationem. Vale.

C.PL.PAVLINO SVO.S.

3

Lius aliū, ego beatissimū existimo, qui bo-
næ mansuræq; famæ præsūptione perfrui-
tur, certusq; posteritatis cum futura gloria
viuit, ac nihil nisi præmium æternitatis àte oculos
pingue illud, altumq; oculum placeat. Et n. omneis
homines arbitror oportere aut immortalitatē suā,
aut mortalitatē cogitare, et illos quidem cōtēdere
enī, hos quiescere remitti, nec breuem vitā cadu-
cis laborib^o fatigare, vt video multos misera simul,
& i grata imagine iduстрiæ ad vilitatē sui perueni-
re. Hac ego tecū quæ quotidie meū, vt desinā me

sum si dissenties tu quanquam nō dissenties, vt qui
semper clarū aliquid et immortale meditare. Vale.
C.PL.MACRINO SVO.S.

Ereter ne immodiā orationem putares,
▼ quam cum hac epistola accepisses, nisi esset
generis eius, vt saepe incipere, saepe desinere
videatur. nā singulis criminib⁹ singulæ velut causæ
sæ continentur. Poteris ergo vnde cūq; cœperis, vbi
cung⁹ desieris quæ deinceps sequentur, et quas i cœ
pietia legere, et quas i cohæretia, meq; in vniuersita
te lōgissimū, breuissimū in partibus iudicare. Vale.

C.PL.TIRONI SVO.S.

Gregie facis (inquiero enim, et persevero) q;
e iustitiam tuam prouincialibus multa huma
nitate commendas, cuius p̄cipua pars est
honestissimum quenq; complecti, atq; ita a minori
bus amari, vt simul a principibus diligare Pleriq;
autem dum verentur, ne gratiae potentium nimis
impertire videantur sinistra ritatis, atq; ctiā maligni
tatis famā consequuntur, a quo vitio tu longe recessi
sticio. Sed temperare mihi non possū, quo minus
laudem similis monenti, quod cum modū tenes,
vt discrimina ordinum dignitatūq; custodias, quæ
si confusa, turbata, permista sint, nihil est ipsa æqua
litate inæqualius. Vale.

C.PL.CALVISIO SVO.S.

● Mne hoc tempus inter pugillareis, ac libellos
lucundissima quiete transmisi. Quæ ad

modum inquis in urbe potuisti? Circenses erāt, quod
genere spectaculi ne levissime quidē teneor. Nihil
nouum, nihil variū, nihil quod non semel spectat
se sufficiat. Quo magis miror tot millia vitigē, tanti
pueriliter identidem currenteis equos, insidenteis
curribus hoies videre Sitū aut velocitate equorū.
aut hominum arte traherentur, esset ratio nonula.
la. Nunc fauent panno, pannum amant, & in ipso
cursu, medioq; certamine, hic color illuc, ille huic
transferatur. Studium, fauorq; transiuit, et repente
agitatores illos equos, illos, quos procul noscitant,
quorum clamitant nomina relinquent Tanta gra-
tia tāta autoritas i una vilissima tunica. Mitto apud
vulgus, quod vili tunica est, sed apud quos dā gra-
ueis homines, quos egocum recordor in re inani-
frigida, assidua tā insatibiliter desiderio capio alii
quā voluptatem, quod hac voluptate non capiar,
Ac per hos dies libentissime ocium meū in litteris
colloco, quos alii oculosissimis occupationib; perdunt
Vale.

C.PL·ROMANO SVO.S.

Edificare te scribis, bene est. inueni patrocl
niūm ædifico enim latu ratione, quia tecū.
Nam hoc quoq; nō dissimile, quod ad mare
eu, ego ad Lariū lacum, huius in littore plures villas
meæ, sed duæ ut maxime delectant, ita exercet al-
tera in posita saxis more baiano lacum prospicit, al-
tera æque more baiona lacū tangit. Itaq; illam tra-
goediā m, hanc appellare comœdiā solco illā quod

minū ad ferri, ture, ac vīno supplicarent, præterea maledicerent Christo, quorū nihil cogi posse dicuntur, quisunt re vera Christiani. dimittēdos putauī. Alii ab idice nominati, esse se Christianos dixerūt, et mox negauerunt, fuisse quidē, sed desisse quidā ante triennium, quidā ante plureis annos, nō nemo etiā ante viginti qnoq; Omnes et imaginē tuam Deorumq; simulachra venerati sunt, iij et Christo maledixerunt Adfirmabant autē hanc fuisse sūmā, vel culpæ suæ, vel erroris, quod eēnt soliti stat die ante lucem cōuenire, carmenq; Christo quasi Deo dicere secum inuicē, seq; sacramento non in scelus aliquo obstringere, sed ne urta, ne latrocinia, ne adulteria cōmitterent, ne fidē fallerēt, ne depositū appellati abnegarēt, quibus peractis morte sibi discedendi fuisse, rursusq; coeundi ad capiédū cibū, promiscuū tamen, et innoxium, quod ipsū facere desisse post edictū meū, quo secundū mandata tua et aerias esse vetuerā Quo magis necessarium cre didi, ex duabus ancillis, quæ ministræ dicebantur, quid esset veri, et per tormenta quererere Sed nihil aliud inueni, quā superstitionē prauā & immodicam Ideoq; dilata cognitione ad cōsulēdū te decucuri. Visa est enim mihi res digna consultatione, maxie propter periclitantiū numerū Multi enim oīs etatis, oīs ordinis, vtriusq; sexus etiam vocantur in periculū, et vocabuntur Neq; enī ciuitates tantum, sed vicos etiā, atq; agros superstitionis isti contagio peruagata est, quę videtur fisti & corrigi possc. Certe satis cōstat, prope iam desolata

templa cœpisse celebrari, et sacra solennia diu intermisſa repeti, passim venire victimas, quarū adhuc rarissimus emptor inueniebatur, ex quo facile est opinari, quæ turba hominum emēdari possit, si sit poenitentiae locus.

PLINIO TRAIANVS.

100

Ctum, quē debuisti mi Secunde in excutiē
a dis cauſis eorum, qui Christiani ad te dela-
ti fuerant, secutus es Neq; enim in vniuer-
sum aliquid, quod quasi certam formam habebat,
constitui potest. Conquirendi non sunt, si deferātur
et arguantur, puniendis sunt, ita tamen, ut qui ne-
gauerit se Christianum esse, idq; re ipsa manifestū
fecerit, id est supplicando diis nostris, quāuis suspe-
ctus in preteritum fuerit, veniam ex poenitentia i-
petret. Sine autore vero propositi libelli nullo cri-
mine locum habere debent, nam & pessimi exempli,
nec nostri seculi est.

PLINIVS TRAIANO.

201

¶ De platea Amastrianorum

Mastrianoruī ciuitas Domine et elegans et
a ornata, habet iter præcipua opera pulcher
rima, eandēq; longissimam plateam, cu-
ius alatere per spatium omne porrigitur nomine
quidē flumē, revero cloaca fœdissima, quæ sicutur
pis, et immundissima aspectu, ita pestilens ē odore
terrimo Quibus excauſis, nō min⁹ salubritatis

AD TRAIANVM

334.

retractari, atq; in iuritu vindicari no oportet. Quid
quid ergo ex hac causa adum ate viginti annos
erit, omittamus. Non minus enim homib; cuiusq;
loci, qu pecuniæ publicæ consultum volo.

PLINIUS TRAIANO.

102

De adiectione bulentarum

Ex Pompeia Dñe, qua Bithyni & Pontici
1 vtuntur, eos qui in bulen accessoribus le-
guntur, dare pecuniam non iubet, sed sis,
quos indulgentia tua a quibusdā ciuitatibus super
legitimū numerū adiicere permisit, & singula mil-
lia denariorum & bina intulerunt. Anicius deinde
Maximus proconsul etiam, qui a censoribus lege-
rentur, duntaxat in paucissimis ciuitatib; alid aliis
fussit inferre. Superest ergo, ut ipse dispicias, an in
omnibus ciuitatibus certū aliquid offnes, qui deinceps
de bulentæ legūtur, debeant pro introitu dare, nā
quod in perpetuum māsurum est, a te constitui de-
cet, cuius factis debetur æternitas.

TRAIANVS PLINIO,

103

Onorariū decurionat omnes, qui i quaq;
h ciuitate Bithynie decuriones fiunt, iferre
debeant, nec ne invniuersum a me no po-
test statui. Id ergo, qd semper tutissimū est, sequen-
dā cuiusq; ciuitatis legē puto, scilicet, aduersus eos,
qui inuiti fiunt decuriones, existimo id acturos, yt
erogatio ceteris præferatur.

De adiectione ciuium.

Ege Dñe Pompeia per missum Bithynicis
ciuitatibus adscribere sibi quos vellē ci-
ues, dum ciuitatis nō sint alienae, sed sua-
rum quisq; matrum ciuitatū, quæ sunt i Bithynia.
Eadem lege sanctitur, quibus de cauiss e senatu a
censoribus eiciantur, iter quas nihil de ciue alieno
cauetur, inde me quidam ex censoribus cōsulendū
putauerunt, an cicere deberent cum, qui esset alte-
rius ciuitatis. Ego quia lex sicut adscribi ciuem alie-
num vetabat, ita eiciere senatu ob hanc caussā nō
subebat. Præterea quia ab aliquib⁹ adfir mabantur
mihi i omni ciuitate plū imos esse buleutas ex aliis
ciuitatibus futurumq; vt multi homines, multaq;
ciuitates cōcuterentur, ea parte legis quæ iampræ-
dem cōsensu quodam exoluisset, necessarium ex-
istimauit cōsulere te, quid seruandum putares. Ca-
pita legis his subiecī.

TRAIANVS PLINIO.

Erito hæsisti Scde carissime, quid a te res-
scribi oporteret censoribus cōsulētib⁹ an
legerent in senatum aliarum in ciuitatum,
elusdem tñ prouinciaciues, nā & legis autoritas, &
longa consuetudo usurpata cōtra legem, in diuer-
su mouere te potuit. Mihi hoc temperamētū eius
placuit, vt ex præterito nihil notarem⁹, sed manes-
tent quamuis cōtra legem a sciti quarumcūq; ci-

Citatem Romanam petit filiae centurionis.

Ogatus Domine a.P. Accio Aquila centurio
ne cohortis sextæ equestris , vt mitterem
tibi libellum, per quem indulgentiam pro
statu filiae suæ implorat , durum putavi negare, cū
scirem quantam soleres militum precibus patien-
tiam humanitatem mq; præstare.

TRAIANVS PLINIO

1677

Ibellum. P. Accii Aquile centurionis cohors-
tis sextæ equestris, quem mihi misisti legi, cu-
ius precibus motus dedi filiae eius ciuitate
romana. libellū rescripti, quē illi redderes, misi tibi
PLINIVS TRAIANO.

De exactione pecuniarum.

1678

Vid habere iuris velis et bithynias et Ponti-
cas ciuitates in exigendis pecuniis, quæ illis
vel locationibus, vel ex venditionib⁹, aliis
ue caussis debeantur, rogo domine rescribas, Ego
inueni a pleriq; proconsulibus cōcessam eis proto-
praxian, eamq; pro lege valuisse, existimo tamen
tua prouidentia constituendum aliquid, et sancien-
dum, per quod utilitatibus eorum in perpetuum con-
sulatur, nam quæ sunt ab aliis instituta, sint licet sa-
pienter induit, brevia ptamen, et infirma sunt, ni-
si illis, tua contingat autoritas.

PLINIO TRAIANVS.

Voiure vti debeant Bithynæ, vel Póticas
 q ciuitates iis pecuniis, quæ ex quaç causa
 sa reipubl;cæ debebütur, ex lege cuiusq;
 animaduertendum est. nam siue habent priuile-
 gium, quo cæteris creditoribus anteponantur, cu-
 stodiendum est, siue non habent iniuriam priuato-
 rum, id dari a me non oportebit.

PL.TRAIANO.

De Iulio Pisone.

Edicuſ Domine Amisſenorū ciuitatis pe-
 m tebat apud me a Iulio Pisone denariorū
 circiter. xxxx. millia donata ei publice añ
 xx. annos. & bule, & ecclesia consentiente, vteban-
 turq; mandatis tuis, quibus eiusmodi donationes
 vetantur. Piso contra plurima ſe in Rempu. contu-
 lisse, ac prope totas facultates erogasse dicebat. ad-
 debat etiam temporis ſpatium, postulabatq; ne id,
 quod pro multis, & olim accepisset, cum euerſione
 reliquæ dignitatis reddere cogeretur. Quibus ex
 cauſis integrā cognitionem differendam existi-
 maui, vt te Dñe consulere, quid ſequendū putares.

TR. PLINIO.

Icut largitiones ex publico fieri mandata
 s prohibet, ita, ne multorum ſecuritas ſub-
 ruatur, factas ante aliquantum temporis

AD TRAIANVM

330

quam decoris interest ea cōtegi, quod fiet, si permī
seris, curantibus nobis, ne desit quoq; pecūnia ope
ri tam magno, quam necessario.

TR. PLINIO.

Ationis est mi Secunde Carissime contegi
aquam istam, quę per ciuitatem Amastria
norum fluit, si intecta talubritati obest Pe
cunia ne huic operi desit, curaturum, secūdum di
ligentiam tuam certum habeo.

TRAIANOPLINIVS

113

Votorū nuncupatio, et solutio pro Imp. et Rep.

Ota Domine priorum annorum nuncupa
ta alacres letiq; persoluim⁹ nouaq; rursus
curante commilitonum, et prouincialū pie
tate suscepimus, precati Deos, vt te, remq; publicā
f.orentem & incolumem, ea benignitate seruarent
quās per magnas, plurimasq; virtutes præcipua,
sanctitate obsequi deorum honore meruisti.

TRAIANVS PLINIO

114

Oltuisse vota diis immortalibus, te præeun
te pro mea incolumitate commilitones cū
prouincialibus lætiſſimo consensu, et in fu
tutorū nuncupasse, libenter mi Secunde Carissime
cognoui literis tuis.

PLINIVSTRAIANO.

115

O dīc Imperīi,
Iem, in quenī tutela generis humani felicis
d sima successione translata est, debita religio

ne celebrauimus commendantes diis imperii tui
autoribus et vota publica, et gaudia.

TRAIANVS PLINIO.

Iem imperii mei debita læticia et religione
d commissitonibus, et prouincialibus, præeun
te te, celebratū, libenter mi Secunde Carissi
me cognoui literis tuis,

PL. TRAIANO.

Ius Quiritium Latinis suis petit.

Alerius Domine Paulin⁹, excepto uno ius
Latinorum, suorum mihi reliquit, ex quib⁹
rogo tribus iterim ius quiritium des, vere =
ter enim, ne sit immodicum pro omnibus pariter i
uocare indulgentiam tuam, qua debo tanto mo =
destius, ut quanto pleniorē experior. sūt autem
pro quibus peto. C. Valerius Aestīeus. C. Valerius.
Dionysus. C. Valerius Aper.

TR.PLINIO

Vni honestissime iis, qui apud fidem tuam
c a Valerio Paulino depositi sunt consultum
velis, matura per me. iis intetim, quib⁹ nūc
petisti, dedisse meu Quiritium reserri in commē
tarios meos iussi, idem facturus in cæteris proqui
bus petieris.

uitatum ciues, in futurum autem lex Pompeia obseruaretur, cuius vim si retro quoque velimus custodire, multa necesse est perturbari.

PL. TRAIANO,

119

De diuisione Sportularum.

Vi virilem togam sumunt, vel nuptias faciunt, vel in eunt magistratum, vel opus publicum dedicant, solent tota bulen, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare, binosque decessarios, vel singulos dare, quod an celebrandum, & quatenus putes, rogo scribas. ipse enim, sicut arbitror, praesertim ex solennibus caussis, cōcedēdū iussi invitationes, ita vereor ne jūi, qui mille homines iter dum etiam plureis vocat, modū excedere, & in speciem diamones incipere videantur.

TRAIANVS PLINIO.

120

Erito vereris ne in specie diamones incidenti datiuitatio, quae & in numero modum excedit, & quasi per corpora non viriti singulos ex notitia ad solenneis sportulas contrahit, sed ego ideo prudentiam tuam elegi, ut formādīs isti^o prouinciae moribus ipse moderaueris, & ea cōstituas, quae ad perpetuam eius prouinciae quietē essent pro futura.

PLINIVS TRAIANO.

121

De Iselaisticis.

Thletae Domine ea, quae per Iselaisticis certaminib^o constituiti, deberi sibi putat. Quae

tim ex eo die, quo sunt coronati. Nihil enim referre, quando sint patriam inuesti, sed quando certamine vicerint, ex quo inuehi possint. ego contra scribo isti elasticici nomine. itaque eorum vehementer addubitem, an sit potius id tempus, quo iſelastici intueretur. Idem obsonia petūt pro eo agone, qui a te iſelasticus factus est, quamvis vicerint atque, quam fieret. Aiant enim congruēs esse, sicut non datur sibi pro his certaminibus, quae esse iſelestica, post, quā vice runt, desierunt, ita pro iis dari, quae esse cōperunt. Hic quoque nō mediocriter hæreo, ne cuiusq; retro habeatur ratio, dandūque, quod tunc cū vincerent, nō debebatur. rogo ergo ut dubitationē meā rege re, id est beneficia tua interpretari ipse digneris.

TR.PLINIO.

Selasticum tunc prīmū mihi videtur īcipe
re deberis, cū quis in ciuitatē suam ipse eis
iſelasten. obsonia eorum certaminum, quae
iſelastica esse placuit mihi, si ante iſelastica non fuerunt, retro nō debētur, nec p̄ficere pro desideriis
athletarum potest, quod eorū, quae postea iſelastica
non lege constitui, quā, qui ferant, accipere desierunt. Mutata enim conditione certaminū, nihilominus quae ante p̄ceperant, non reuocātur.

PLINVSTRAIANO.

De diplomatis.

Si in hoc tēpus Domine, neque cuiquā diplomata commodaui, neque in rem villā, nō
y.i.

si tuam missi, quam perpetuam seruatio nem meā
quædam necessitas rupit. Vxori enim meæ audita
morte aui, volenti ad amitā suam excurrere, vsum
eorum negare durum putauit, cum talis officii gra-
tia in celeritate consisteret, sciremque te rationem iti-
neris probaturū, cuius cauſa erat pietas, Hæc scri-
psi, quia mihi parum grāt⁹ tibi fore videbar, si diffi-
culassem inter alia beneficia hoc vnum, quod me
debere sciebā indulgentiæ tuæ, quod fiducia eius,
quasi consulto te non'dubitauit facere, quem si con-
fuluisssem sero fecissem.

124

TRAIANVS PLINIO.

m Erito habuisti Secunde carissime fidu-
ciā animi mei, nec dubitandū fuisset, si
expectasses, donec me cōsuleres, an iter vxoris
tuæ diplomatib⁹, quæ officio tuo dedi, ad-
iuandum esset vsum eorum intētio-
ni nō profuisse, cū apud amitā
suā vxor tua deberet etiā
celeritate gratiam
aduētus sui
augere.

C. PLINII SECUNDI NOV CO:
MENSIS INITVRINO VVM
CONSVLATVM PANE:
GyRICVSTRAIA
NO AVGUSTO
DICTVS.

Ene, ac sapienter Patres. C. ma-
iores iustituerunt, ut rerum as-
gendarum, ita dicendi initi-
um a precationibus caperetur,
quod nihil rite, nihilq; prouis-
denter homines sine deorum
immortalium ope, consilio, ho-
nore auspicarentur. Qui mos,

cui potius, quā consuli, aut quando magis usurpan-
dus colendus usq; est, quā imperio Senatus, autoris-
tate Reip. ad agendas optimo principi gratias excl-
tamur? Quod enim præstabilius est, aut pulchrius
munus deorū, quam castus, & sanctus, & diis simili-
mus princeps? Ac si adhuc dubium fuisset, forte, ca-
suq; rectores terris, an aliquo numine darētur, prin-
cipem tamen nostrum liqueret diuinitus constitutū.
Non enim occulta potestate fatorum, sed ab Iove
spocorā, ac palā repertus, electus est. Quippe inter
eras, & altariā, eodemq; loci, quem deus ille tā ma-
nifestus, ac præsens, quem cœlum, ac sydera isedit.
Quo magis aptum, piūq; est, te iupiter optime an-
te a conditorē, nūc conseruatorē imperii nostri pre-
cari, ut mihi digna cōsule, digna Senatu, digna Pri-

cipe contingat, oratio, utq; omibus, quæ dicentur a me, libertas, fides, veritas, constet, tantuq; a specie adulacionis absit gratiaru actio mea, quantu abest a necessitate. Evidē non consuli modo, sed omnibus ciuibus enitēdum reor, nequid de principe nostro ita dicant, vt idem illud de alio dici potuisse videatur. Quare abeat, ac recedant voces illæ, quas mer? exprimebat, Nihil, quale ante, dicam? nihil enim, quale antea, patimur. Nec eadē de principe, quæ prius prædicemus, neq; enim eadē secreto loqui mur, quæ prius. Discernatur orationib; nostris diuersitas temporū, & ex ipso genere gratiarum agēdarum itelligatur, cui, quando sint hactenus ut deo, nūc nusquam, vt numini, blādiāmūr, nō enim de tyranno, sed de cœ, nō de domino, sed de parē te loquimur. Vnū ille se ex nobis, & hoc magis excellit, atq; eminet, q; vñ ex nobis putat, nec min? hominē le, quā hominibus præesse meminit. Intel ligamus ergo bona nostra, dignosq; nos, illius vſu probemus, atq; idēt̄ idem cogitemus, si maius principibus præstem? obsequiū, qui seruitute ciuiū, quā qui libertate lætātur. & Populus quidē Romanus dilectū principē seruat, quātoq; pauloante concētu formolum alium, hunc fortissimum personat, quibusq; aliquando clamorib; gestum alterius, & vocem, huius pietatem, abstinentiam, mansuetudinē laudat. Quid nos ipsi, diuinitatē principis nostri, an humanitatē, temperantiam, facilitatē, vt amor et gaudiū tulit, celebrare vniuersi solem? Iā quid tam ciuale, tam senatorium, quā illud additū a no-

De larder
aliorum

Principis
laure

et laurus et lio
mita

bis optimi cognomen. quod peculiare hui^o, et pro
 prium, arrogantia priorū principum fecit Enīm u
 roquā cōmune, quā ex aequo, quod felices nos, feli
 rem illum prædicamus, alternisq; votis hæc faciat.
 hæc audiat, quasi non dicitur, nisi fecerit, compreca
 mur, ad quas ille voces lachrymis etiā ac multo pu
 dore suffunditur Agnoscit ei, sentitq; sibi nō principi
 pidi. Igitur quod temperamentū, oēs in illo subito
 pietatis calore seruamus, hoc singuli quoq; medie
 tatiq; teneam^m, sciamusq; nullū esse neq; sinceri^o,
 neq; acceptius genus gratiarum, quā quod illas ac
 clamationes emulentur, quae singēdī non habet tē
 pus. Quantum ad me attinet, laborabo, ut oratio
 nem meā ad modestiam principis, moderationē q;
 submittam, nec min^o colyderabo quid aures eius
 pati possint, quā qd virtutib; debeat^our Magna &
 et inusitata principis gloria, cui gratias acturus nō
 tam vereor, ne me in laudib; suis parcū, quam nē
 nimium putet. Hæc me cura, hæc difficultas sola cir
 cūstat. Nam merēti gratias agere, facile est Patres
 C. non enim periculum est, ne cū loquar de huma
 nitate, exprobari sibi superbiam credat, cum de fru
 galitate, luxuriā, cum de clementia, crudelitatē,
 cum de liberalitate, auaritiam, cum de benignitate
 liuorem, cum de continentia, libidine m. cum de la
 bore, inertiam, cum de fortitudine timorem. Ac ne
 illud quidem vereor, ne grat^o, ingratus ve videar,
 prout satis, aut partū dixero. Animaduerto enī etiā
 deos ipsos non tam accuratis adorantium precib;
 quam innocentia, et sanctitate lētari, gratiorem q;

remq; existimari, qui delubris eorum puram, castamq;
mentem, quā qui meditatum carmē intulerit. Sed
parendū est SENATVS CONSVLTO, qd ex vti-
litate publica placuit, vt consulis vce sub titulo gra-
tiarum agendarum, boni principes, quae facerent,
recognoscerent, mali, quae facere debarent. Id nūc
eo magis solenne, ac necessarium est, quod parens
noster priuatas gratiarū actiones cohibet, et cōpri-
mit, intercessur? etiā publicis, si permitteret sibi ve-
tare, quod Senatus iuberet. Vtrūq; Cæsar Auguste
moderate, et quod alibi tibi gratias agi nō finis, &
quod hic finis, nō enim a te ipso tibi honor iste, sed
ab agentib; habetur, cedis affectib; nostris, nec no-
bis munera tua prædicare, sed audiretibi, necesse
est. Sepe ego mecum. P.C tacitus agitauī, quale, quā
tūq; esse oporteret, cui^o ditione, nutuq; maria, ter-
ræ, pax, bella gerātur, cū interea fingenti, formans
tīq; mihi principem, quē æquata diis immortalib;
potestas deceret, nunquā voto, saltem cōcipere suc-
currat simile huic, quem videmus. Enī uit aliquis i
bello, sed obsoleuit in pace, alium toga, sed non &
arma honestarunt, reuerētiā ille terrore, aliis amo-
rem humanitate captauit. ille quæsitā domi gloriā
in publico, hic in publico partā, domi perdidit. Po-
stremo adhuc nemo extitit, cui^o virtutes nullovis
tiorum confinio læderētur. At principi nostro quā-
ta cōcordia, quātusq; cōcentus omnī laudū, om-
nisq; gloriæ cōtigit, vt nihil seueritati eius hylarita-
te, nihil grauitati simplicitate, nihil maiestati hūa-
nitate detrahatur. Iā firmitas, iā proceritas corpo-

gōrauī pā'la
w' 3 u' am

Lans alio
annexus

ris, iam honor capitatis, et dignitas oris ad hoc ætas
tis i deflexa maturitas, nec sine quodam munere
deū festinatis senectutis insignibus ad augendā
naiestatē ornata cæsaries, non ne lōge, lateq; prici
pē ostētant! Talē esse oportuit, quē non bella ciuī
lia, nec armis oppressa Resp. sed pax et adoptatio,
& tandem exorata terris numina dedissent. An fas
erat nihil differre iter imperatorē, quem homines
& quem Dii fecissent? Quorū quidem in te Cæsar
iudicium et fauor tunc statim, cū ad exercitū pro
fisciceris, et quidem inusitato enīuit. Nā cæteros
principes aut largus crux hostiarū, aut sinistri vo
latus autū consulentibus nuntiauit. Tibi ascenden
ti de more capitolium, quanquam non id agētium
ciuium clamor, vt iā principi occurrit. Si quidē oīs
turba, quae limen insederat, ad ingressum tuū fori
bus reclusis, iam quidem vt tūc arbitrabatur deū,
cæterum vt docuit euentus, te consalutauit impe
ratorem, nec aliter a cunctis omen acceptū est. nā
ipse intelligere nolebas, recusabas enim iperare, re
cusabas, quod bene erat iperaturo. Igitur cogēdus
fuisti, cogī porro non poteras, nisi periculo Patriæ,
et mutatione Reip. obstinatū enītibī non suscipere
imperiū, nisi seruandū fuisset. Quare ego illū ip
sum furem, motūq; castrense reor extitisse, quia
magna vi, magnoq; terrore modestia tua vicenda
erat. At sicut matis, cœliq; temperie turbines, tem
pestatesq; commandant, ita ad augendā pacis tuæ
gratiam, illum tumultū præcessisse credideri. Ha
bet has vices cōditio mortaliū, vt aduerſa ex locū

Comparatio
apta.

diis sex diuersis secunda noscāur Occultavitrorum
q; semina deus, et plerumq; bonorum, malorum-
q; caussæ sub diuersa specie latent. Magnū quidem
illud seculo dedecus, magnū Reip. vulnus ipressū
est. Imperator, et parēs generis humani obsecus,
captus, inclusus, ablata mitissimo seni seruādorum
hoīm potestas, creptūq; principi illud in p̄cipatu
beatissimū, qđ nihil cogitur. Si tñ hæc sola erat ra-
tio, q te publice salutis gubernaculis admoueret,
prope est, vt exclamē tanti fuisse. Corrupta est disci-
plina castrorū, vt tu corrector, emēdatorq; cōtinge-
res, inductū pessimum exemplū, vt optimū oppor-
neretur. Postremo coactus princeps, quos nollet oc-
cidere, vt daret p̄incipē, qui cogi non posset. Olim
tu quidē adoptaii merebar e, sed nescīsemus, quā
tum tibi dcberet iperiu, si ante adoptat⁹ es. Ex-
pectatum est tempus, in quo liqueret, nō tā accepis
se beneficiū, quā dedisse. Confugit in sinum tuum
corcussa Resp. ruensq; imperiu super imperatore
iperatoris tibi voce delatū est. Imploratus adoptio-
ne, & accit⁹ es. Ut olim duces magni a peregrinis,
externisq; bellis ad opē patriæ feredā reuocari so-
lebant, ita filius, ac parēs vno, eodēq; momento re
maximā in uscēm præstītiss. Ille tibi imperium de-
dit, tu illi reddidisti. Solus ergo adhuc, qui pro mu-
nere tanto paria accipiendo fecisti, imo n̄ltradantē
obligasti. cōmunicato enim imperio sollicitior tu, il-
le securior factus es. Cnouū, atq; inauditū ad p̄ci-
patū iter nō te propria cupiditas, proprius met⁹,
sed aliena vtilitas, alien⁹ timor p̄incepem fecit. Vis

Comparatio

dearis licet, quod est a plissimū, consecutus iter homines, felicius tñ erat illud, quod reliquisti, sub bono principe priuatus esse desisti. assūptus es in laborum, curarūq; consortium, nec te læta, et prospera stationis istius, sed aispera, et dura ad capessendā eam cōpulerūt. Suscepisti imperiū, post quā alium suscepisti pœnitēbat. Nulla adoptati cū eo, qui adoptabat cognatio, nul'a necessitudo, nisi qđ vterq; optimus erat, dignusq; alter eligi, alter eligere Itaq; adoptatus es, nō vt prius ali⁹, atq; ali⁹ in vxoris gratiā. Adsciuīt enī te filiū nō vitrīcus, sed princeps, eodemq; animo diuus Nerua pater tu⁹ fact⁹ ē, quo erat omniū, nec decet aliter filium adsumi, si adsumatur a principe. An. S. P. Q. Romani. exercitus, prouincias, socios transmissurus vni, successorem ē sinu vxoris accipias, sumaq; potestatis hæredem tñ intra domum tuam quæras, non per totam ciuitatem circumferas oculos, & hunc tibi proximū, hunc coniunctissimū existimes, quem optimū, quē diis simillimū iueneris. Imperaturus omnib⁹, elizgi debet ex omnib⁹, non enī seruulis tuis dominū, vt possis esse cōtētus, quasi necessario hærede, sed principē ciuib⁹ daturus īperator. Superbū istud, & regium, nisi adoptes eū, quem cōslet imperaturū fuisse, etiā si nō adoptasses. Fecit hoc Nerua, nihil interesse arbitrat⁹ genueris, an elegeris, si perinde sine iudicio adoptentur liberi, ac naſcūtur, n̄ sitn, quod æquiore animo feruut homines, quē princeps parum feliciter genuit, quā quē male elegit. Sed uero ergo vitauit hunc casū ne iudicio hominū, sed

~~puluinae~~
~~Ongorazilie~~
deorum etiam in consilio me adsumpsit. Itaque non tua
in cubiculo, sed in templo, nec ante genialem torum,
sed ante puluinar Iouis Opt. Max. adoptio peracta
est, qua tandem non seruitus nostra, sed libertas, & la-
lus, et securitas fundabatur Sibi enim dii gloriam illam
vendicauerunt, horum opus, horum illud imperium.
Nerua tamen minister fuit. Vterque, qui adoptaret
eum paruit, quam tu, qui adoptabaris. Allata erat ex
Pannonia laurea, id agentibus deis, ut inuicti im-
peratoris exortu victoriae insigne decoraret. Hanc
imperator Nerua in gremio Iouis collocarat, cum re-
pente solito maior, et augustior aduocata hominum
condione, deorumque te filium sibi, hoc est unicum auxi-
lium fessis rebus adsumpsit. Inde quasi deposito im-
perio, qua securitate, qua gloria laetus, nam quantu-
lum refert, deponas, an partiaris imperium, nisi quod
difficilius hoc est, non secus ac presenti tibi innixus,
tuis humeris se, patriaque sustentans, tua inueta, tuo
robore inualuit. Statim cōsedit oīs tumultus. Non
adoptionis opus istud fuit, sed adoptati, atque adeo
temere fecerat Nerua, si adoptasset aliū. Oblitum ne
sumus, ut nuper post adoptionem non desierit sedatio,
sed coepit irritamentum istud iratum, et fax tumultus
fuisse, nisi incidisset in te. An dubium est, ut dare non
posset imperium imperator, qui reverentiam amise-
rat? Autoritate eius effectum est, cui dabatur. Simul
filius simul Cæsar, mox imperator, & consors tribunici
potestatis, & omnia pariter, et statim factus es,
quæ proxime parens verus, tantum in alterum filium
contulit. Magnum hoc tuæ moderationis iudicium, quod

non solum successor imperii sed particeps etiam, so-
cius q̄ placuisti. nam successor etiam si nolis haben-
dus est, non est habēd⁹ socius, nisi velis. Crederet ne
posteri patritio et consulari et triūphali patre genit-
tum, cum fortissimū, amplissimū, amantissimum
sui exercitū regeret, imperatorē nō ab exercitu fa-
ctum, cīdēcū Germaniæ præsideret, germanici no-
men hinc missū, nihil ipsū, vt iperator fieret agitas-
se, nihil fecisse, nisi qđ meruit, et paruit. Paruisti, ei
Cæsar et ad principatū obsequio peruenisti, nihilq;
magis a te subiecti animi factū est, q̄ quod impera-
re coepisti. Iam Cæsar, iam imperator, iam Germa-
nicus absens, et ignarus, et post tanta nomina, quā-
tū ad te pertinet priuatus. Magnum videretur, si
dicerem, nescisti te imperatorem fututurum, eras
iperator, et esse te nesciebas. Ut vero ad te fortunæ
tuæ nuntius venit, maleba squide hoc esse, qđ fue-
ras, sed non erat liberū. An non obsequereris prin-
cipi ciuīs, legatus imperatori, filius patris. Vbi deinde
disciplina, vbi mos a maioribus traditus, quodcūq;
iperator munus iniungeret, æquo animo, paratoq;
subeudi. Quid enim si prouincias ex prouinciis, ex
bellis bella mandaret, eodē illo vti iure, cū ad iper-
rium reuocet, quo sit ysus, cum ad exercitum mis-
sit, nihilq; interesse ire legatū, an redire principem
tubeat, nisi quod maior sit obsequii gloria in eo, qđ
quis minus velit. Augebat autoritatē iubētis, in sū-
mū discriminē autoritas eius adducta, vtq; magis pa-
rendum iperanti putares, efficiebatur eo, quod ab
aliis min⁹ parebatur. Ad hoc audiebas Senat⁹, po-

pulicq; consensum. Non vnius Neruæ iudicii illud; illa electio fuit. nā qui ubiq; sunt homines. hoc idē votis expetebant. ille tñiure principis cccupauit. primusq; fecit. quod omnes facturi erant nec Hercule tantopere cūctis factū placeret. nisi placuisset ante. quam fieret At quo temperamento. Diboni potestatem tuā. fortunāq; moderatus es. imperator tu titulis et imaginib;. et signis. cæterū modestias. labore. vigilantia. dux & legat⁹. & miles. cū iā tua vexilla. tuas aquilas magno gradu ante res. neq; aliud tibi ex illa adoptione. quā filii pietatē. filii obsequium adsereres. longāq; huic nomini ætatem. longāq; gloriam precarere Te prouī dēta deorum primum in locū prouexerat. tu adhuc in secundo resistere. atq; etiam sc̄nescere optabas Privat⁹ tibi videbaris. quandiu imperator. et alius esset. Auditā sunt vota tua. sed inquantū optimo illi. et sanctissimo seniutile fuit quē dī cōelo vendicauerūt. neqd post illud diuinum. et immortale factum. mortale faceret. Debet iquippe maximo operi hanc venerationem. vt nouissimū esset. autorēq; eius statim consecrandū. vt quā doq; inter posteros quācretur. an illud iā deus. fecisset Ita ille nullo magis nomine publicus parens. quā quia tuus. ignis gloria. ingensq; fama. cū abūde expertus esset. quā bene humeris tuis sederet iperiu. tibi terras. te terris relliquit. eo ipso carus omnibus. ac desyderandus. qđ prospexerat. ne desyderaretur. Quē tu lachrymis primū ita. vt filū decuit. mox tēplis honestasti. nō imitatus illos. qui hoc idem. sed alia mente secerūt.

Dicauit cœlo Tiberius Augustū, sed vt maiestatis numen iduceret, Claudiū Nero, sed vt irrideret, Vespesianum Titus, Domitian⁹ Titum, sed ille, vt Dei filius, hic vt frater videretur. Tu syderib⁹ patrē intulisti, non ad metū ciuium, nō in contumeliam nūminum, nō in honorem tuū, sed quia Deū credis. Minus est hoc, cum sit ab iis, qui & sese deos putat. Seq̄ licet illū aris, puluinaribus, flamine colas, non alio magis tamē Deū & facis, & probas, quā quod ipſe talis es, in principe enim, qui electo successore fato concessit, vna, itēq; certissima diuinitatis fides est bon⁹ successor. Nū ergo tibi ex imortalitate patris aliqd arrogatiæ accessit? Num hos pximos diuinitate parētum desides, ac supbos potius, q; illos veteres, & antiquos æmuleris, qui hoc ipsum iperī um peperere, qd modo hostes inuaserant, cōtemplerantq; cuius pulsi, fugatiq; non aliud maius habebatur in dictū, quam si triumpharetur. Ergo sustulerant animos, & iugum excusserant, nec iā nobiscū de sua libertate, sed de nr̄a seruitute certabāt, ac ne inducias quidē nisi æquis cōditionib⁹ inibant, legesq; vt ac iperēt, dabant. At nunc rediit omnibus terror, & metus, & votum imperata faciēt. vi dent enim Romanū ducemvnū ex illis veteribus, et priscis, quibus imperatoriū nomen addebat, cōtecti cædibus cāpi, & infecta victoriis maria, accipimus obsides ergo, nō eminus, nec ingētib⁹ dānis, immēlisq; muneribus pacisci inur, vt vicerimus, rogant, supplicant, largimur, negam⁹, vtrūq; ex imperii maiestate. Agunt gratias, qui impetrauerūt,

non audent queri, quib⁹ negatum est. An audeāt? qui scianit te ad sedisse ferociissimis populis eo ipso tē pore, quod amicissimū illis, difficillimum nobis, cū Danubius ripas gelu iūgit, duratusq; glacie ingētia tergo bella transportat, cū feræ gentes nō telis magis, quam suo cœlo, suo sydere armātur. Sed ubi in proximo tu, nō secus, ac si mutatae temporū vices essent, illi quidē latibulis suis clausi tenebātur, nostra agmina p̄curſare rīpas, & aliena occasione si p̄mitteres vti, vltroq; hyemem suā barbaris inferre gaudebāt. Hæc tibi apd hosteis veneratio, qd apud milites, quā admirationem quemadmodum comparasti: cum tecū in eiam, tecum ferrēt sitim, cum in illa meditatiōe campestri militaribus turmis imperatorū puluerē, sudoremq; milceres, nihil a cæteris nisi robore, ac præstantia differēs, cum libero Marte nunc cōminus tela librares, nunc vibrata sciperes, alacer virtute militum & lēt⁹, quoties aut cassidi tuæ, aut clypeo grauior ictus icideret, laudas quippe feriētis, hortabarissq; vt auderēt, & audiabant iam, cū spectator, moderatorq; in euntium certamina virorū arma componeres, tela tētares, ac siquid durius accipienti videretur, ipse vibrates. Quid cum solatiū fessis, ægris opem ferres? Nō tibi moris tua in ire tentoria, nisi cōmilitonum ante lustrasses, nec requiē corpori, nisi post oēs dare. Hac mihi admirationē dign⁹ Imperator nō videretur, si inter Fabrios, & Scipiōes, & Camillos talis esset, tunc enī illū imitationis ardor, sēpq; melior aliquis accenderet, postquam vero studiū armorū a mani

bus ad oculos, ad voluptatem a labore trāflatū est,
postquam exercitationibus nostris nō veteranorū
aliquis, cui decus muralis, aut ciuica, sed græculus
magister adsistit, quam magnū est ex oībus patrio
more p̄iavirtute lētari, & sine æmulo, ac sine exē-
plō secū certare, secum cōtendere, ac sicut imperat
solus, solum ita esse, qui debeat imperare. Nōne in
cunabula hæctibi Cæsar, & rudimēta, cum puer ad
modū parthica lauro gloriā patris augens, nomēq;
Germanici iā tum mererere, cūf erociā, supbiamq;
parthorum ex pximo audit⁹, magno terrore cohī-
beres? Rhenūq; & Euphratē admirationis tuæ
fama cōiungeres, cum orbem terrarū nō pedibus
magis, quā laudib⁹ peragrares, apud eos semper
maior, & clarior, quibus postea cōtigisses, & necdū
imperator, necdū Detfilius eras. Germaniāq; cum
plurimæ gētes, ac prope infinita vastitas iteracētis
soli, tū Pyrenæus, alpes, imensiq; alii mōtes, nisi his
compararentur manūunt, dirimuntq;. per hoc om̄e
spatiū cum legiones duceres, seu potius (tanta ve-
locitas erat) raperes, nō vehiculūv nquam, nō equū
respexisti, leuis hic, nō subSIDium itineris, sed dec⁹,
et cū cæteris subsequebatur, vt cui? null⁹ tibi vsus,
nisi cum die statuorum proximum campum alaci-
tate, discursu, puluere attolleret. Initiū laboris mi-
ret, an finem multum est, quod p̄seuerasti, plus ta-
men, qđ nō timuisti, ne perseuerare nō posses. Nec
dubito, quin ille, qui te iter illa Germaniæ bella ab
Hispania vſq; vt validissimū præsidium excuerat,
invers ipſe, alienisq; virtutibus tūc quoq; iuidus Im-

perator cum ope earū indigeret, tantam admirationem tui nō sine quodam timore cōceperit, quā tam ille genitus Ioue post labores, duraq; imperia regis suo indomitus semp. indefessusq; referebat, cū aliis super alias expeditionibus itinere illo dign^o in uenireris. Tribunus vero disiunctissimas terras tenebris adhuc annis virifir mitate lustrasti, iam tūc premonete fortuna, vt diu penit^o pdisceres, quæ mox præcipere deberes. Neq; em proprie presulisse castra, bresue muq; militiā quasi trāsilie contentus, ita egistribunū, vt esse statim dux posset, nihilq; discendum haberes tempore docendi. Cognouisti prestipendia decem moris gentiū, regionum situs, opportunitates locorum, & diuersam aquarum, cœliq; tempeſtē, vt patrios fontes, patriuq; sydus fere cōſueſti, quoties equos, quoties emerita arma mutasti. Veniet ergo tēpus, quo posteri visere, visendū trādere minoribus suis gestiāt, quis sudores tuos hause rit caput, quæ refectiōes tuas arbores, que ſomnū ſaxa prætexerint, quod deniq; tectum magnus hoſpes impleueris, vt tunc ipſi tibi ingentiū ducū ſacra vestigia iisdem in locis moſtrabantur. Verum hec olim, in praeſentia quidē quiſquis paulo vetus miles, hic te commilitone cēſetur. quotus em quiſq; cuius tu non ante cōmilito, quā imperator! Inde eſt quod prepare omneis noſe appellas, quod ſingulorum fortia facta cōmemoras. haec habent ad numerāda tibi pro Rep. vulnera, quibus ſtatim laudator & testis cōtigisti. Sed magis praedicanda moderatio tua, quod innutrit^o bellicis laudibus, pacē

amas, nec quia vel pater tibi triumphalis, vel ad optionis tuæ die dicata capitolino Ioui laur⁹, idecirco ex occasiōe omni quaeris triūphos. Non times bella, nec puocas. Magnum est imperator Auguste, magnum est stare in Danubii rīpa si trāf eas certū triumphi, nec decertare cupere cum recusatib⁹, quo rum alterum fortitudine, alterū moderatione efficitur, nam vt ipse nolis pugnare, moderatio, fortitudo tua præstat, vt neq; hostes tui velint accipiet ergo aliquando capitolium nō inaneis currus, nec falsæ simulacra victorię sed ioperatore verā, ac solidā gloriā reportante, trāquilitatē, & tamē cōfessa hostium obsequia, vtv incendus nemo fuerit. pulchrius hoc om̄ib⁹ triumphis. ueq; enim vñquā nisi ex cōtemptu imperii nostri factū est, vt vincerem⁹. Quod si quis barbarus Rex eo insolentię furorisq; processerit, vt irā tuam, indignationēq; mereatur, ne ille siue iterfusio mari, seu fluminibns immēsis, seu prēcipiti mōte defenditur, omnia hęc tam prona tamq; cedentia virtutibus tuis sentiet, vt subse disse mōteis, flumina exaruisse, ierceptū mare illa tasq; nō classis nras, sed terras ipsas arbitretur. Videor iam cernere nō spoliis prouinciarū, & extorto sociis auro, sed hostilib⁹ armis, captorumq; regum cathenis triumphum grauem. Videor igētia ducū nomina, nec idecora nominibus corpora vocitare. Videor itueri i manib⁹ sequētem, mox ipm te sublimem, instatēm q; currū dominatarū gētiū tergo, ante currū autē clypeos, quos ipē perfoderis. Nec tibi opima defuerint, si quis regum vcnitei manus

*Qua pulchri
e uotatu deg
diffin*

audeat, nec molo telorum tuorū, sed etiam oculo
rum, minarumq; coniectum toto cāpo, totoq; exer-
citū opposito phorrescat. Meruisti p̄xima moder-
atione, vt quād docunq; tev, el inferre, vel propulsare
bellum coegerit imperii dignitas, non ideo viciſſe
videaris, vt triumphares, sed triūphare, quia vice-
ris. Aliud ex alio mihi occurrit, quam speciosum est
eīn, quod disciplinā castrorū lapsam, extinctamq;
refouisti, depulso prioris seculi malo, iertia, & cōtu-
matia, & designatione patendis. Tutum est reuerē-
tiam, tutum caritatē mereri nec ducū quisquā aut
nō amari a militib⁹, aut amari timet, & inde offens-
ſæ, gratiæq; pariter, securi instant operibus, adlunt
exercitationib⁹, arma, moenia, viros aptāt. quippe
nos is princeps, qui sibi iminere, sibi intendi putet,
quod i hosteis paretur, quæ persuasio fuit illorum,
qui hostilia cum facerēt, timebāt. Eodem ergo tem-
pore militaria studia, nec animos modo, sed & cor-
pora ipsa lāgue scere, gladios etiā incuria bebetarī,
retundiq; gaudebant. Duces porro nři non tam re-
gum cæterorum, quam suorum principū infidias,
nec tam hostium, quam commilitonum man⁹, fer-
rumq; metuebant. Est hæc natura syderibus, ut p̄-
ua, & exilia, validorū exort⁹ obscuret, similiter im-
peratoris aduentu, egatorum dignitas inūbratur.
tu tamen maior omnibus quidē eras, sed sine ullius
diminutiōe maior, eandem autoritatē præsente te
quisq;, quam absente retinebat. quinetiā plerisq; ex
eo reuerētia acceſſerat, qđ tu quoq; illos reuereba-
re. Itaq; pindes summis, atq; in ſimilis carus, ſic impes-

rato rem, cōmilitonemq; miscueras, vt studiū oīm;
labore m q; & tanquam exactor intēderes, & tanquam
particeps, sociusq; releuares. Feliceis illos, quorū fi-
des, & industria, nō per inrēnūtios, & interpretētes,
sed ab ipso te, nec auribus tui a, sed oculis pbantur.
cōsecuti sunt, vt absens quoq; de absentib⁹ nemini
magis, quā tibi crederes. Iam te cluī desideria re-
uocabant, amore m q; castrorū superābat caritas pa-
triæ. iter inde placidum, ac modestū, vt plane a pa-
ce redeūtis. Nec vero ergo in laudibus tuis ponā.
quod aduētum tuum non pater quisquā, non mari-
tus expauit. affectata aliis castitas, tibi ingenita, et
innata, iterq; ea, quæ iputare non possis. Nullus in
exigēdis vehiculis tumultus, nullum circa hospitia
fastidium. annona, quæ cæteris. Ad hoc comitatus
accinct⁹, & parens. Diceres magnum aliquē duce,
ac te potissimū ad exercit⁹ ire. adeo nihil aut certe
parū intererat inter imperatorē factum, & breuifū
turū. Quā dissimilis nuper alterius principis trans-
itus, si tamē transitus ille, non populatio fuit, cum
abactus hospitiū exerceret, omniaq; dextra, leuaq;
perusta, & attrita, vt si vis aliqua, vel i pī illi barbari,
quos fugiebat, incidenterent. Persuadendum prouin-
ciis erat, illud iter Domitianī fuisse, non principis.
Itaq; non tam pro tua gloria, quam p vtilitate con-
muni edicto subiecisti, quid in vtrumq; vestrū esset
impensum. Adsuescat imperator cū imperio calcu-
lum ponere, sic exeat, sic redeat, tanquam rationem
redditurus, eū dicat, quid absumperit, ita fiet, vt nō
absumat, qd pudeat dicere. Præterea futuri princi-

Pl. PANEGYRCVS.

Es velint, nolint, sciant, tantū constat, propositisqz
duobus exemplis meminerint, perinde cōiecturā
de morib⁹ suis homines esse facturos, prout hoc,
vel illud elegerint. Nōne his tot, tātisqz meritis no
uos aliquos honores, nouos titulos merebare? at
tu etiā nomē patris patriæ recusabas. Quā lōga no
bis cū modestia tua pugna, quā tarde vīcim⁹. No
mē illud qđ alii primo statim principar⁹ die īperato
ris & Cæsaris receperunt, tu vsgz eo distulisti, donec
tu quoqz beneficiū tuorū parcissim⁹ æstimator iam
te mereri faterereris. Itaqz foli omniū cōtigit tibi, vt
pater patriæ es̄tes ante, quam fieres. Eras eī in an-
mis, i iudiciis nostris, nec publicæ pietatis itererat,
quid vocare, nisi qđ igrata sibi videbatur, si te im-
peratorem potius vocaret, & Cæsareni, cum Patrē
experiretur. Quod quidē nomē, qua benignitate,
qua indulgētia exerces, vt cū ciuib⁹ tuis, quasi cū
liboris parentis viuis. Ut reuersus īperator, qui pri
uatis exieras, agnoscis, agnosceris, eosdē nos, eū-
dē te putas, pat omib⁹, & hoc tantū cæteris maior,
quo melior. Ac primū, quidies ille, quo expectat⁹,
desyderatusqz vrbē tuam ingressus es. Iā hoc ipm
quod ingressus es, quā mirum, lātumqz nam prio
res inuehi, & importari solebant, nō dico quadriū
go curru, & albentibus equis, sed humeris hoim,
quod arroganter erat. Tu sola corporis pceritate
elatior aliis, & excelsior, nō de patiētia nostra quē-
dam triumphum, sed de superbia principū egisti.
Ergo nō ætas quēquā, non valetudo, non se xus re
tardauit, quo min⁹ oculis isolito sce faculo imple-

ret. Te parvuli nescere, ostētare iuuenes, mirari se
nes, ægri quoq; neglecto medentium imperio, ad
cōspectum tuū quasi ad salutē ~~sanitatē~~ prōrepere.
Inde alii se fatis vixisse, te viso, te recepto, alii nunc
magis esse viuēdum prēdicabant. Feminas etiam
tūc fœcūditatis suę maxima voluptas subiit, cū cer-
nerent, cui principi ciues, cui ioperatori milites pepe-
risser. Videres referta tecta, ac laborātia, ac ne eū
quidem vacantem locū, qui non nisi supensum, et
instabile vestigiū caperet, oppletas vndiq; vias, an-
gustumq; tramitem relictum tibi, alacrē hinc atq;
inde populū, vbiq; par gaudium, parem q; clamo-
rem, tā æqualiter ab omnibus ex aduentu tuo lēti-
tia percepta est, quam omnibus venisti, quæ tamē
ipsa cū ingressu tuo crevit, ac prope in singulos gra-
dus adacta est. Gratū erat tunctis, quod Senatū
osculo exciperes, vt dimissus osculo fueras, gratū
qd equestris ordinis decora, honore nominū, sine
monitore signares, gratū, quod tantum vltro, cliē-
tibus salutatis, quasdā familiaritatishnotas adderes
gratius tñ quod sensim, et placide & quantum re-
spectantiū turba pateretur, icederes, quod occursā-
tiū populus te quoq; te imo maxime, astant, quod
primo statim die latus tuū crederes oibus, necq; n.
stipatus fate llitum manu, sed circunfusus vndiq;,
nūc Senat⁹, equestris ordinis flore, prout alter utrū
frequētiae gen⁹ inualusset, silenteis, quietosq; licto-
res tuos subsequebare, nā milites nihil a Plebe ha-
bitu, trāquilitate, modestia differebat. Vbi vero ce-
pisti capitolū ascendere, quam lēta omnibus ado-

ptionis tuæ recordatio: quâ peculiare gaudium eo
rum, qui te primi' eodem loco salutauerunt ipera-
torē: quinetiam Deum ipsum tuum præcipuā vo-
luptatem operis sui percepisse crediderim. Ut qui-
dē iisdē vestigiis institisti, quibus parens tuus, igēs
illud deorū prolatus arcanū, quæ circumstātum
gaudia: quam recens clamor: quâ similis illi dies, q
hunc genuit diē: vt plena altaribus: augusta victi-
mis cuncta: vt in vnius salute collata omniū vota.
cum sibi se, ac liberis suis intelligerent precari, quæ
pro te precarentur. Inde tu in palatium quidē. sed
eovultu, sed ea moderatiōe, vt si priuatā domū pe-
teres, cæteri ad penateis suos, quisq; iteratur⁹ gau-
dii fidē, vbi nulla necessitas gaudēdī est. Onerasset
alium eiusmodi itroitus, tu quotidie admirabilior,
et melior. Talis deniq; qualeis alii principes futu-
ros se tñ pollicētur. Solū ergo te cōmēdat, augetq;
temporis spatiū. iunxisti enī, ac miscuisti resdiuer-
sissimas, securitatem olim imperatis, et incipientis
pudorem. Mon tu ciuiū amplexus ad pedes tuos
de primis, nec osculum manu reddis. Manet ipera-
tori, quæ prior humanitas, Incedebas pedibus ice-
dis, letabar is labore, letaris, eedēq; omnia llia cir-
ca te, nihil ipso te fortuna mutauit. liberū est ingre-
diēte per publicū principe, subsistere, occurrere, co-
mitari, præterire Ambulas inter nos, nō quasi con-
sigat& copiā tui, nō vt iputes, facis. Heret lateri tuo
quisquis accessit, finēq; sermoni suus cuiq; pudor,
non tua superbia facit. Regimur quidē a te, et suba-
iecti tibi, sed quemadmodū legibus sumus. Nā &

illæ cupiditates nostræ, libidinesq; moderâtur, nō
biscum est, tamen & inter nos versâtur Emissæ xcel-
lis, vt honor, vt potestas, quæ super homines qui =
dē, hominū sunt tñ Ante príncipes fastidio nostri,
& quodam æqualitatis metu, vsu pedū amiserat.
Illos ergo humeri, ceruicesq; seruorum super ora
nostra, te ama, te gloria, te ciuium pietas super ip-
sas príncipes vehunt, te ad sydera tollit hum?, ita
cōmunia, & confusa príncipis vestigia. Neo vereor
P.C. ne longior videar, cum sit maxime optandum ut
ea pro quibus aguntur príncipi gratiæ, multa sint,
quæ quidē reuerentius fuerit, integra, illibataq; co-
gitationibus vestris reseruari, quā carptim, breui-
terq; perstringi, quia fere sequitur, vt illa quidē, de
quibus taceas, tanta quāta sunt, esse videatur. Nisi
vero leuiter attingi placet, locupletas trib. datūq;
congiariū populo, et datū totū, cu m donatiui par-
tē milites accepissent. An mediocris animi est, his
potius repreſetare, quib⁹ magis negari pot⁹? Quan-
quā in h ac quoq; diuersitate æqualitatis ratio ser-
uata est, æquati sunt enī populo milites eo, qđ par-
tē, sed priores, popul⁹ militib⁹, quod posterior, sed
totū statim accepit. Eniuero qua benignitate diui-
sū est, quantæ curæ tibi fuit, ne quis expers libera-
litatis tuæ fieret. Datū est iis, qui post edictū tuū,
in locum erasorum subditi fuerat, æquatiq; sūt cæ-
teris illi, etiam, quibus non erat promiss⁹. Negotiis
aliq; valetudire alius, hic mari, ille fluminib⁹ disti-
nebatur, expectatū est, prouisūq; ne quis æger, ne
quis occupat⁹, ne quis deniq; longe fuisset, veniret

quisq; cum vellet, veniret quisq;cū posset. Magnificum Cæsar, et tuū, dīsunctissimas terras munificētiā īgenio velut admouere, īmensaq; spatia libe=ralitate contrahere, ītercedere casib;us, occurſare fortune, atq; omni ope adniti, ne quis e plebe Ro=mana dante cōgiariſū te hominē magis sentiret se fuiffe, q; ciuē. Aduētante cōgiarii die, obſeruare pri=cipis egressū in publicū, insidere exāmīna ifantiū, futurus populus solebat. labor parētib;ns erat ostē=tare paruulos, īpositos q;ceruicib;, adulātia verba, blādasq; voces edocere. Reddebat illi, quæ mo=nebantur, ac pleriq; irritis precibus surdas principis aureis adstrepebat, ignariq; quid rogasset, quid nō īperasset, donec plane scirēt, differebat Tu ne rogarī quidem sustinuisti. Et quanquam laetissimū oculis tuis esset cōspectu Romanę sobolis impleri, omneis tñ ante, quā te viderēt, adirētue, recipi, incidi iussisti, vt iam ide ab ifacia parētē publicū, mu=nere educationis experirētur. crescerēt de tuo, qui crescerent tibi alimētisq; tuis ad stipendia tua peruenirent, tātūq; oēs vni tibi quantum parentibus suis quisq; deberet. Recte Cæsar, quod spē Romani nominis sumptibus tuis suscipis. Nullum est enim magno p̄fincipe, immortalitatemq; merituro im=pēdi gen⁹ dignius, q; quod erogatur ī posteros. Lōcupletes ad tollēdos liberos īngētia p̄m̄ia. & pa=res poene cohortantur. Pauperibus educādis una ratio est, bon⁹ p̄iceps. Hic fiducia sui p̄creatos nisi larga manufouet, auget, ā plectitur, occasū īperii, occasū Reip. accelerat. frustra p̄iceps plebe negle-

cta, vt defectū corpore caput, nutatur unicq; istabili
pōdere tuetur. Facile est coniectare, qđ percep̄tis
gaudium, cūm te parentum, liberorū, sensum ifā-
tium puerorū clamor exciperet. Hęc p̄ma paruu-
lorum cūum vox aureis tuas ibuit, quib⁹ tu das-
tur usalimenta hoc maximū pr̄st̄isti, ne rogarēt
Super omnia est tamen, quod talis es, vt sub te li-
beros tollere libeat, expeditat, neno iam parens
lio nisi fragilitatis humane uice is horret, nec inter
isanabileis morbos p̄cip̄is ira numeratur. Magnū
quiddam est educandi incitamentū tollere liberos
in spem alimentorū, in spem congiariorum, maius
tamen in spem libertatis, in spem securitatis. Atq;
adeo nihil largiatur princeps, dū nihil auferat, nō
alat dū nō occidat, nec deerunt, qui, filios concipi-
scant. Contra largiatur, & auferat, alat, et occidat,
næ ille in tam breui tépore effecerit, vt omneis nō
posteriorū mō, sed sui, parentūq; poeniteat. Quo cir-
ca nihil magis in tua tota liberalitate laudauerim,
quam quod cōgiariū das de tuo, alimenta de tuo,
to t, tantisq; rationibus, quanquam multum relu-
ctata verecundia principis nost⁹ i. tandem tñ cessit.
At quēadmodū cessit, non se vt priuatis, sed vt pri-
uatos pareis sibi faceret. Recepit enim tertium con-
sulatum, vt daret, nouerat moderationē hominū,
nouerat pudorē, qui non sustineret tertio consules
esse, nisi cū ter consule. Beilo tū istud sociis olim pe-
riculorū cōsortibus, parce tñ tribuebatur, quod tu
singularib⁹ viris, ac de te quidem bene, ac fortiter
præstisti, sed i toga meritis, vtriusq; cura, vtriusq;
vigilatiā obstrictus es Cæsar Sed in principe rarū,
ac prope insolitum est, vt se putet obligatum, aut
si putet, amet. Debes ergo Cæsar, & soluis, Sed cū
terconsules facis, non tibi magnus princeps, sed nō
igratus amic⁹ videris quinetiā perquā modica que-
dam ciuium merita fortunæ tuæ viribus in maius
extollis, efficiis enim vt tantū tibi quisq; præstittiſſe
videatur, quātū a te recepit Quid isti benignitati
præcer, n̄ iſt⁹ ſep obliges, obligeriſ, i certūq; facias,
vtrū magis expeditat ciuib⁹ tuis debere tibi, an pre-
ſtitiffe. Equidem illum antiquum Senatū cōtueri
videbat, cū ter cōſule affidente, tertio cōſulem de-
ſignatum rogari ſententiam cernerē. Quantitunc

ill̄. qū antusq; tu. Accidit quidē, vt corpora quanlitas
bet ardua, & excelsa procerioribus admota decre-
scant, itē vt altissime ciuijū dignitates collatione fa-
stigii tui, quasi deprimātur, quātōq; proprius adma-
gnitudinem tuam ascenderint, tñ etiā a sua descē-
disse videantur. Illos tamentu quanquam non po-
tuisti tibi æquare cū velles, adeo in edito collocasti,
vt tñ super cæteros, quantum infra te cerneretur.
Si vñlū tertium consulatum eundem in annum.
in quem tuū cōtulisses, ingentis animi specimē ha-
beretur, vt enī felicitatis est quantum velis posse, sic
magnitudinis velle, quantū possis. Laudand⁹ qui-
dem et ille, qui tertium consulatū meruit, sed ma-
gis sub quo meruit. magn⁹, memorand⁹, qui tā
tū p̄mīūcepit, sed maior, qui capiēti dedit Quidē
q; duos pariter tertio cōsulatu collegas tui sāctitate
decorasti, vt sit nemini dubiū, hanc tibi p̄cipuam
caussam fuisse extēdendi cōsulatus tui, vt duos cō-
sulatus āp̄lecteretur, et collegā te vni daret. Vterq;
nuper consulatum alterū gesserat a patre tuo, id ē
quanto min⁹, quam a te datū, vtriusq; adhuc oculis
paulo ante dimissi fasces oberrabant, vtriusq; so-
lennis ille lictorum & prænuntius clamor auribus
insederat, cum rufus curulis, rufusq; purpura, vt
olim cum hostis in proximo, eti sūmum discrimē
adducta Resp. expertum honoribus virū posceret
non consulatus hominibus iisdē, sed iisdē homines
cōsulatibus reddebātur. Tāta tibi beneficiēdi uis,
vt indulgētiā tuā necessitas æmuletur. Modo pre-
textas exuerat, resumāt, modo lictores abire iusse

rant, reuocent. mō gratulantes amici recesserant,
revertantur. Hominis ne istud ingeniuū est; homi-
nis potestas? reuocare gaudia, reditegrate letitiā,
nullaq; requie gratulationis dare, necq; alia repetē
dis consulatibus interualla permittere, nisi dū fini
untur. Facias ista semper, nec vñquā in hoc opere,
aut anim⁹ tuus, aut fortuna lassetur. Des quā pluri-
mis tertios cōsulatus, et cū plurimis tertios cōsula-
tus dederis, sc̄ imperiū plureis, quibus debeas da-
re supersinr. Omniū quidē beneficiorum, quæ me-
rentibus tribuuntur, non ad ipsos gaudiū magis,
quam ad sī mileis redūdat. præcipue tñ ex horum
consulatu non ad partem aliquā senatus, sed ad to-
tū senatū, tanta letitia peruenit, vt eundē hono-
rem oēs sibi & dedisse & accepisse videantur. Nem-
pe enim hi sunt, quos senatus cū publicis sumptib⁹
minuendis optimū quenq; præficeret, elegit equi-
dem primos. Hoc est igitur, hoc est, quod penitus
iilos animo Cæsaris insinuauit. An parum sēpe ex-
pertis sumus, hanc esse rerū cōditionē, vt Senatus
fauor apud principē, aut profit, aut noceat? Nō ne
paulo ante nihil magis exitiale erat, quam illa pri-
cipis cogitatio, hunc senat⁹ probat. hic senatu ca-
rus est, oderat quos nos amarem⁹, sed & nos, quos
ille. Nunc inter principem, senatumq; dignissimi
cuiusq; caritate certatur, demonstramus inuicē, cre-
dimus inuicem, quodq; maximū amoris mutui si-
gnum, este ostē amamus. Proide Patres. C. fauete
aperte diligite constāter. Non iam dissimulandus,
est amor, ne noceat, nō premendū odium, ne pro-

fit eadem Cæsar, quæ senatus probat, improbatq; vos ille presenteis. vos etiā absenteis i consilio ha-
bet. tertio cōsules fecit, quos vos elegeratis, & fecit
hoc ordine, quo electi a vobis erāt. Magnus vterq;
videtur siue eosdē maxie diligit, quos scit nobis es-
se carissimos, siue illis neminē p̄fert, quamuis ali-
quē magis amet. Proposita sūt senioribus p̄mīa,
i uenib⁹ exēpla, adeāt, frequētēt securas tandem,
ac patēteis domos. quisquis probatos senatuivitos
suscipit, hic maxime p̄ncipē p̄meretur. sibi enī
accrescere putat, qđ cuiq; adstiuatur, nullamq; i eo
gloriam porit, quod sit oībus major, nisi maxim⁹
fuerint quib⁹ maior est. Persta Cæsar i sta ratione
propositi, taleisq; nos crede, qualis fama cuiusq; ē.
huic aureis, huic oculos int̄de. ne respexitris. clā
destinas existimationes, nullisq; magis quā audiē-
tibus insidiāteis susurros. melius omnibus, quam
singulis creditur singuli enī decipere, et decipi pos-
sunt nemo omneis, neminē omnes fecellerūt. Re-
uertor iam ad cōsulatū tuum, et si sunt quædam
ad cōsulatū quidem pertinentia, ante cōsulatū
tū, in primis quod comitiis tuis interfūsti candida-
tus, non consulatus tantum, sed immortalitas, &
gloria et exēpli, quod sequerētur boni p̄ncipes,
magis mirar ētur. Vedit te Populus. R. in illa veterē
potestatis suæ sede, perpessus es longū illud carmē
comitiorū, nec iam irridendā morā, cōfūlq; sic fa-
ctus es, ut vñus ex nobis, quos facis cōsules Q. uo-
tus quisq; p̄ncipū antecedentiū honorem istum,
aut cōsulatui habuit, aut populo nō alii marcidi

somno, hesternaq; cœna redūdātes comitioꝝ suo
rum nuntios operiebantur. Alii sane peruigiles &
insomnes sed intra cubilia sua illis ipsis cōsulibus,
qbus consules renūtiabātur, exilia, & eadē machi-
nabantur. O praua, et inscia veræ maiestatis ambi-
tio, concupiscere honorē, quē dēdigneris, dēdigne-
ri, quem cōcupieris, cumq; ex proximiscampū,
et comitia prospectes, sic ab illis abesse, tanquam.
Danubio, Rhenocq; dirimare, auerteris tu honori
tuo sperata suffragia, renuntiariq; te cōsulē fuisse
contentus liberæ ciuitatine simulationē quidē fer-
uos, abstineas deniq; comitiis abstrusus, atq; abdi-
tus, quasi illic tibi nō cōsulat detur, sed abroget im-
periū. Hæc persuasio superbissimis dominis erat,
ut sibi viderentur príncipes esse desinere, si quid fa-
cerent tanquam senatores. Pleriq; tñ nō tā super-
bia, quam metu quodā submouebātur, an stupor-
rum sibi, incestarūq; noctium consciī auspicia pol-
luere, sacratumq; cāpum nefario auderent conta-
minare vestigio, nō adeo deos, hominesq; cōtēpe-
rant, vt illa spatioſiſſima ſede hominū, deorumq;
coniectos in ſe oculos ferre, perpeti poſſent. Tibicō
tra et moderatio tua ſuasit, et sanctitas, vt te et reli-
gioni deorum, & iudiciis hominum exiberes. Alii
consulatū ante, quam acciperent, tu et dū accipis,
meruisti. Peracta erant ſolennia comitiorum, si pri-
cipē cogitares, iamq; ſe omnis turba cōmouerat,
cum tu mirantib; cūctis, accedis ad consulis ſellam
adigendū te prebes in verba principibus ignota,
niſi cum iurare cogerent alios. Vide quam neceſſa

ritum fuit consulatum nō recusare, nō putassemus
istud facturū te fuisse, si recusasses. Stupeo Patres
C, nec dum satis aut oculis meis, aut aurib⁹ credo,
atq; identidē me an audierim, an viderim interro-
go. Imperator ergo, & Cæsar, & Augustus pōtifex
maximus stetit ante gremiū consulis, sed itq; cōsul
principe ante se stante, & sedit iturbatus, iteritus
et tanquam ita fieri soleret, quinetiam sedens præ-
buit iuslurandum, & ille iurauit, expressit, explana-
uitq; verba, quibus caput suum, domū suam, si sci-
enter fecellisset, deorum irāe consecraret. Ingēs Cæ-
sar, & par gloria tua siue fecerint istd postea princi-
pess, siue nō fecerint. Vlla ne satis prædicatio digna
est, idem tertio consulem fecisse, quod primo idē
principē, quod priuatū, idē impatorem, quod sub
impatore? Nescio iam, nescio pulchrius ne sit istud
quod præeunte nullo, an hoc quod alio præcūte iu-
rasti. In rostris quoq; simili religione ip̄e te legib⁹
subiecisti. Legibus Cæsar, quas nemo principi scri-
psit. Sed tu nihil āplius vis tibi licere, q̄ nobis, sic fit
vt nos tibi plus velimus. Quod ego nunc primum
audio, nunc primum disco, nō est princeps, sunt le-
ges, sed leges supra principem, idem Cæsari cōsuli,
quod cæteris nō licet, iurat in legem attēdentibus
diis, nam cui magis, quam Cæsari attendant, iurat
obseruantibus iis, quibus idē iurādum est, nō igna-
rus alioq; nemini religiosius quod iurauerit custodi-
endum, quam cuius maxime interest nō peierare.
itaq; & abiturus consulatu iurasti te nihil contra le-
ges fecisse. Magnum hoc erat, cū pmitteres, maius

postquam præstisti. Iam toties procedere i rostra,
in assensu m^qzilium superbi æ principum locum te-
tere, hic iuscipere, hic ponere magistratus, quā dis-
gnū te, quamq^z diuersum consuetudine illorū, qui
pauculis diebus gestum consulatum, imo nō gestū
abiiciebant p^redictum, hoc pro cōtione, pro rostris
pro iureiurēdo scilicet, vt primi extrema congrue-
rent, vtq^z hoc solo intelligerentur ipi consule. fai-
se, quod alii non fuissent. Non transilui Patres. C.
principis nostri consulatum, sed eundem in locum
cōtuli, quicquid de iureiurando dicendū erat, neq^z
em̄ ut in sterili, ieunaq^z materia eandē speciem lau-
dis deducere, ac spargere, atq^z idētidē tractare des-
bemus. Illuxerat prim^o cōsulat^o tui dies, quo tu cu-
riā ingress^o, nūc singulos, nūc vniuersos adhortat^o
es resumere libertatē, capessere quod si cōmunis iperii
curas, inuigilate publicis vtilitatibus, & insurgere.
Onus ante te eadē ista dixerūt, nemini tamē ante
te creditum est. Erāt sub oculis naufragia m^{lt}orū,
quos iuidiosa trāquilitate prouectos iprouisus tur-
bo perculerat. Quid em̄ tam ifidum mare, quod blan-
ditiae principum illorū, quibus tanta lenitas, tanta
fraus, vt facilius esset iratos, quam ppitios haberes?
Te vero securi, & alacres quo vocas seqmur. jubes
esse liberos, erimus. iubes, quæ sentimus promere in
mediū, proferemus. Neq^z em̄ adhuc ignauia quas
dam, & insito torpore cessauimus. Terror, & met^o,
et misera illa ex periculis facta prudētia mouebat,
vt a Rep. (erat autē omnino nulla Resp.) oculos, au-
reis, animos auerteremus. At nūc tua dextera, tuz-

isq; pmissis freti, & innixi obsepta diutina seruitute ora reseram⁹, fenantemq; tot malis lingua resoluimus. Vis em̄ taleis esse nos, quæ leis tubes, nihilq; exhortationibus tuis fucatū, nihil subdolū, deniq; quod credētem fallere parēt, nō sine periculo fallētis. neq; em̄ inquam deceptus est princeps, nisi qui prius ip̄e decepit. Evidē hunc parētis publici sensum, cum exhortatiōe eius, tum p̄nuntiatione respxisse videor. Quæ em̄ illa grauitas sententiarū, quam i affectata veritas verborum, quæ adseuera-
tio in voce, quæ affirmatio in vultu, quanta in oculis, habitu, gestu, toto deniq; copore fides. Tenebit ergo semp, quod suaserit, scietq; nos, quotieslib eratē, quā dedit, experiemur, sibi parere, nec vetēdū est, ne icautos putet, si fidelitate temporum constā-
ter vt amur, quos memini sub malo principe aliter vixisse. Nunc upare vota et p̄ aeternitate imperii, et pro salute ciuium, immo pro salute principū, ac propter illos, p̄ aeternitate imperii solebam⁹. Hæc pro imperio nostro, i que sint verba suscepta, opere repre-
tium est adnotare. Si bene Rempu, & ex utilitate oranium rexeris, digna vota, que semper suscipiantur, semp̄ soluātur. Egitcum diis ip̄o te auto-
re Cesar Resp. ut te sospitē, incolumemq; prestaret, si tu ceteros prestitisses, si cōtra, illi quoq; a custodia tui corporis oculos dimouerent, teḡ relinquerent votis, quæ nō palam susciperētur. Alii se superstites Reip. optabant, faciebantq; tibi salus tua iniusta cst, si non sit cum Reip. salute coniuncta, nihil pro te pa-
seris optari, nisi expediāt optantibus, omnibusq;

annis in cōsilium de te deos mittis, exigisq; vt sen-
tentiam suam mutēt, si talis esse desieris, qualis ele-
ctus es. Sed ingenti cōscientia Cæsar, pacifceris cū
diis, vt te, si mereberis, seruent, cum scias, an me-
rearis, neminem magis, quam deos scire. Nonne
vobis Patres C. hæc diebus, ac noctib⁹ agitare secū
videtur? Ego quidem in me, si omniū vtilitas ita po-
sceret, etiam præfecti manū armaui, sed ne deorū
quidē aut iram, aut negligentiam deprecor, quæso
immo, et obtestor, ne vnquam p me vota Rep. iui-
ta suscipiat, aut si suscepit, inuita ne debeat. Ca-
pis ergo Cæsar salutis tuæ gloriössimum fructum
ex cōlensu deorum. nam cū excipias, vt ita demū-
te Dei seruent, si bene Remp. & ex vtilitate omniū
rexeris, certus es, te bene Rép. gerere, cū seruent.
Itaq; secur⁹ tibi, & latus dies erit, q principes alios
cura, & metu distinebat, cum suspenti, & attoniti,
parumq; cōfisi patiētia nostra hinc, atq; inde publi-
cæ seruitutis nuntios expectarēt, ac si forte aliquos
flumina, riues, vēti præpedissent, statim hoc illud
esse credebant, quod merebātur. nec erat discrimē-
vllum pauoris, ppter ea, quod cum a malo principe
tanquam successor timeatur, quisquis ē dignior, cū
sit nemo nō dignior, omnes timēt. Tuam securita-
tem nō mora nūtiorum, nō literarum tarditas dif-
fert, scis tibi vbiq; iurari, cū ip̄e iuraueris omnibus.
Nemo hoc sibi non prestat, amam⁹ quidē te inquā-
cum mereris, istud tamē nō tui fecimus amore, sed
nostrī. nec vnquam illucescat dies, quo p te nuncus-
pet vota nonvtilitas nostra, sed fides Cæsar. Turpis

tutela pricipis, cui potest i putari. Querit libet, quod
in secreta nostra non inquirant pricipes, nisi quos
odimus. Nam si eadē cura bonis, quae malis esset,
quā vbiq; admirationē tui, qđ gaudium, exultatio
nēq; deprehēderes, quos oīm cū coniugibus, ac li-
beris, quos etiam cū domesticis aris, fociq; sermo-
nes, scieres mollissimis istis autib; parcí, & alioqui
cū sint odium, amorq; contraria, hoc perquā simile
habent, qđ ibi intēperantius amam⁹ bonos pricipes,
vbi liberalius malos odimus. Cœpisti tamē et
affectus nostri, & iudicii experimētum, quātū ma-
ximū præsens capere potuisti illo die, quo sollicitudi-
ni, pudoriq; candidatorū ita consulisti, ne vllius gau-
dium alterius tristitia turbaret, alii cum laetitia, alii
cū spe recesserunt, multis gratulandū, nemo conso-
landus fuit. Nec ideo segnius iuuenes nō exhor-
tatus es consulatū circumirent, senatui supplicarēt,
atq; ita a principe sperarent honores, si a senatu pe-
tissent. Quo quidem i loco si quib; opus exemplo,
adieciſti, vt te imitarētur. Arduum Cæſar exemplū
et quod imitari nō magis q; uisq; cādicatorū, quam
principum possit. Q uis enim vel vno die reuerētior
senatus candidatus, quam tu, cum om̄i vita, tū illo
ip̄o tēpore, quo iudicas de candidatis? An aliđ a te
quam Senatus reuerētia obtinuit, vt iuuenib; cla-
rissimæ gentis debitum generi honorē, sed ante, p
deberetur, offerres? Tandem ergo nobilitas nō ob-
scuratur, sed illustratur a principe, tādem illos igētiū
virorē nepotes, illos posteros libertatis nec terret.
Cæſar, nec pauet, quinimo festinatis honorib; am-

plificat. atq; auget, & maioribus suis reddit. siquid
vsquā stirps antiquæ. Siquid residuæ claritatis. hoc
amplexatur, & refouet, & in vsum Reip. promit.
Sūt in honore hominū, & in honore famæ magna
nomina ex tenebris obliuiois indulgētia Cæsaris,
cuius est, vt nobileis & conseruet & efficiat. Præfue-
rat prouinciæ quæstorvnus ex candidatis, in quem
ea ciuitas amplissima redditus egregia cōstitutiōe
fundauerat, hoc senatui allegandū putasti. Cur em̄
te principe, qui generis tui claritatem virtute supa-
sti, deterior esset cōditio eorū, qui posteros habere
nobiles mererētur, quam eorum, qui parēteis ha-
buissent? O te dignum, qui de magistratib; nostris
semphæc nūties, nec pœnis malorū sed malorum
præmiis bonos facias. Accensa est iuuēt; erexitq;
animos ad æmulandū, quod Izudari videbat, nec
fuit quisquā, quem non hæc cogitatio subiret, cum
sciret, quicquid a quoq; in pūnciis bene fieret, om-
nia te scire. Utile est Cæsar, & salutare præsidib; pro-
uinciarum hanc habere fiduciam, paratū esse san-
ctitati industrie suæ maximum præmium, iudici-
um principis, suffragium principis. Adhuc autem
quālibet syncera, rectaq; ingenia, & si nō detorque-
bat, hebetabat tñ misera, sed vera reputatio. Vi-
des em̄ siq; bene fecero, nesciet Cæsar, aut si scie-
rit, testimonium nō reddet Ita eadē illa seu negli-
gentia, seu malignitas principum cū male cōsultis
impunitatem, recte factis nullum præmiū pollic-
etur, nec illos a crīmīe, & hos deterrebat a laude.
At nunc si bene aliquis prouinciam rexerit, huic

quæsita virtute dignitas offertur. patet enim omnibus honoris, & gloriæ campis. ex hoc quisque quod cupit, petat, & afferetur sibi debeat. Provinciis quoque ipsi postum, & iniuriarum metu, & accusandi necessitatem remisisti. Nam si perfuerint quibus gratias erexit, de nullo queri cogitur. & alioqui nihil magis prodesse candidato ad sequentes honores, quam per actos optime magistratus. magistratus magistratu, honore honor peatur. Volo ego, qui puicium rexerit, non tantum codicillos a vicorum, nec urbana curatione blanditas precessit, sed decreta coloniarum, decreta ciuitatum alleget. Ne sufficiunt consularium virorum urbium, populi, gentes inserviunt. efficacissimum pro candidato genus est rogandi, gratias agere. Iam quo assensu senatus, quo gaudio exceptum est, cum candidatis, ut quemque nominaueras, osculo occurreret, deuexus quidem in planum, & quasi unus ex gratiis tulantibus, te mireret magister an improbum illos, qui effecerunt, ut istud magnuvideretur: cum velut affixi curulibus suis manum tantum, & hanc cunctanter, & pigre, & imputantibus similes pment. Contigit ergo oculis nostris isolata facies, princeps & candidatus equitis simul stantes, intueri pare accipientibus honorum qui dabat. Quod factum tuum acundit senatu, quam vera acclamatione celebratum est, tanto maior, tanto augustior. Nam cui nihil ad augendum fastigium superest, hic uno modo crescere potest, si se ipse submittat securus magnitudinis suæ, neque ei ab ullo periculo fortuna principum longius abest, quam ab humilitate. Mihi quidem non tam humanitas tua,

quam intēsio etus admirabilis videbatur. Quippe cum orationi oculos, vocem, manum cōmodares, vt si alii eadē ista mādasses. om̄es comitatis numeros obibas, atq; etiā cum suffragatorū nomina honore, quo solent exciperentur, tu quoq; inter excipiēteis eras, & ex ore principis ille senatorius assensus audiebatur, quodq; apud Principē phibere testimonium merētibus gaudebamus, perhibetur a p̄cipe. Faciebas ergo, cū diceres, optimos, nec ipo rum modo vita a te, sed iudiciū senat⁹ comprobabatur, ornariq; se nō illos magis, quos laudabas lætabatur. Nam qđ precatus es, vt illa, ipa ordinatio comitiorū bñ, ac feliciter eueniret nobis, Reip. non ne tibi tale est, vt nos hūc ordinem votorum cōuertere debeamus, deos deniq; obsecrare, vt oia quæ facis, quæq; facies pspere cedant tibi, Reip. nobis, vel si breuius sit optandū, vt vni tibi, i quo & Resp. et nos sum⁹. Fuit temp̄s. ac nimium diu fuit, quo alia aduersa, alia secūda principis & nobis. nūc communia tibi nobiscum tam læta, quā tristia, nec magis sine te nos esse felices, quā tu sine nobis potes. An si posses in fine votorū adiecisses, vt ita p̄cibus tuis dii annuerent, si iudicium nostrum mereri p̄uerasses? Adeo nihil tibi amore ciuiū ātiqu⁹, vt ante a nobis, deinde a diis, atq; ita ab illis amari velis, si a nobis amaris. Et sane priorū principū exitus docuit, ne a diis quidē amari, nisi quos honores amet. Arduū erat has precatiōes tuas laudib⁹ adæquare, adæquauimus tamen, qui amoris ardor, qui st̄is muli, quæ faces, illas nobis acclamatiōnes subiece-

tunt. Non nostri Cæsar igeniis sed tuæ virtutis, tuo
rūq; meritorum voces fuerunt, quas nulla vñquā
adulatio inuenit, nullus cuiusquā terror expressit.
Quem sic timuim⁹, vt hæc fingerem⁹? quē sic ama-
uim⁹, vt hæc fatorem⁹? Nostri necessitatē seruitutis
quādo simile aliquid audisti. & quādo dixisti: Mul-
ta quidē excogitat metus, sed quæ appareat quæ-
sita ab inuitis, aliud solitudinis, aliud securitatis i-
genium est. alia tristū inuentio, alia gaudentium.
neutrū simulationes expresserit, habet sua ver-
ba miseri, sua verba felices, vt quæ iā maxime ab-
vtrisq; dicantur. Testis ipse es, quæ in omniū ore læ-
titia, non amictus cuiquā, non habitus, quem mo-
do extulerat, inde resultanti vocibustecta, nihilq;
tantis clamoribus sati clausū. Q uis tunc non e ve-
stigio suo exiluit? quis exiluisse s̄est? Multa fecim⁹
sponte, plura instinctu quo dā, & iperio. Nā gaudio
quoq;cogendi vis inest. Nū ergo modū eitua saltē
modestia imposuit, nam quanto magis a te repri-
mebatur, exarsimus non cōtumacia Cæsar, sed vt
tua potestate est, an gaudeam⁹, ita inquantum nec
in nostra. Cōprobasti et ipse acclamationū nostrarū
fidem, lachrymarum tuarum vertate, vīdimus
humescenteis oculos tuos, demissūq; gaudio vul-
tū, tñq; sanguinis in ore, quantum in animo podo-
ris. Atq; hoc magis incēsi sum⁹, vt precatemur, ne
quando tibi nō eadē caussa lachrymarū, vt quē nū
quā frōtētuā hoc ipsum, has sedeis, nobis quasi res
ponsuras interrogemus, viderint ne vñquam pri-
cipis lachrymas, at senat⁹ s̄æpe viderunt. Onerasti

futuros principes, sed et posteros nostros. nam & hi a
principibus suis exigent, ut eadē audire mereātur,
et illi q̄ nō audiant indignabūt. Nihil magis pos-
sum proprie dicere, quā quod dictū est a cuncto Se-
natu, o te felicē, quod cum diceremus, nō opes tu-
as, sed animū mirabamur, est enim demum uera
felicitas felicitate dignū videri. Sed cum multa illo
die dicta sūt sapiēter et grauitet, tum veli primis.
Crede nobis, Crede tibi. Magna hoc fiducia nostri
maiore tñ tui dixim⁹. alius enī sortasse aliū, ipsum
se nemo deceperit, ita spiciat modo vitā, seq̄z quid
mereatur, ita terroget. Proinde dabat uocibus nostris
fidem apud optimum principē, quod apud malos
detrahebat. quāuis enim faceremus, quā amātes
solent, illi tamen non amari se credebant sibi. Su-
per hæc precati sumus, ut sic te amarent Dii, quem
admodum tu nos, quis hoc aut de se, aut principi
diceret mediocriter amanti. Pro nobis ipsis, quidē
hæc fuit summavotorū, ut nos sic amarent dii, quo
modo tu. Est neverū, quod inter ista clamaūmus
Onos felices. Quid enī felicius nchis, quibus non
iam illud optandū est, ut nos diligat princeps, sed
Dii, quēadmodū princeps, Ciuitas religiōibus dedi-
ta, sēperq̄ deoꝝ indulgentiā pie merita, nihil felis-
citati suae putat astrui posse, nisi vt dii Cesarem imi-
tentur. Sed quid singula cōsector, et colligo? quasi
vero, aut orōne cōplete, aut memoria cōsequi pos-
sim, quēvos Patres. C. nequa iterciperet obliuio, &
in publica acta mittenda, & incidēda in ēre censu-
stis. Ante orationes principū tātum eiusmodi gens

re monumentorum mandari æternitati solebat, ac
clamations quidē nostræ parietibus curiæ clauder-
batur erant cñ quibus nec Senatus gloriari, nec
Princeps posset. Has vero et i singulis exire, et po-
steris prodi cum ex utilitate, tū ex dignitate publī-
ca fuit primū, vt orbis terrarū pietatis nostræ adhi-
beretur testis, et conscient, deinde, vt manifestū es-
set audere nos de bonis, malisq; principib; nō tā-
tū post ipsos iudicare, postremo vt experimēto co-
gnosceretur, et antenos gratos, sed miseros fuisse.
q; b; esse nos gratos p̄bare antea non licuit. At qua
cōtētioe, quo nisu, quib; clamorib; expostulatū est,
ne affect⁹ nostros, ne tua merita supprimeres, de-
niq; vt i posterū exēplo prouideres Discāt. & pricis
pes acclamatiōes veras, falsasq; discernere. habeat
q; mumeris tui, q; iā decipi nō poterūt. Nō instruē-
dum illis iter ad bonā famam, sed non deserēdū.
nō submouēda adulatio, sed nō reducenda est. cer-
tū est et quæ facere, et quæ debeat audire, si faciat.
Quid nunc ergo super ea, quæ sū cum toto senatu
precatus, pro senatu precer, nisi vt hæreat animo
tuō gaudiū, quod tūc oculis protulisti. Ames illum
diem, et tñ vincas. noua merearis, noua audias, ea
dē enim dici nisi ob eadem facta non possūt. Iam q;
antiquū, q; consolare, quod tridiū totū senatus sub
exēplo tui sedit, cū iterea nihil prætor consulē age-
res. Interrogauit qđ quisq; placuit dissētire, discede-
re, et copiā iudicii sui Reip. facere, tutū fuit. cōsulti
oēs atq; etiā dinumerati sum⁹, vicitq; sententia nō
prima, sed melior. At quis antea loqui? quis lu-

scere audebat præter miseros illos, qui primi iterrogabatur: ceteri quidē defixi, et attoniti ipsam illam mutā, ac sedentariā assentiendi necessitatem, quo'cum dolore animi, quo cū totius corporis horrore perpetiebantur: Vr⁹, solusq; cē sebat, quod se querētur oēs, et omnes iprobarent, in primis ipse, qui censuerat. Adeo nulla magis oībus displaceat, quā quæ sic fiunt, tanquam omnibus placeant. Fortasse imperator in senatu ad reuerētiā eius componebatur, ceterū egressus, statim se recipiebat i principem, oīa q; consularia officia abigere, negligere, contemnere solebat. Ille vero ita consul, vt si tātū consul foret, nihil infra se putabat. nisi quod infra eos esset, ac primū ita domo pto grediebatur, vt illum null⁹ apparat⁹ arrogantię principalis, nullius præcursorum tumultus detineret. vna erat in limine mora consultare aueis, reuereri q;numinū monit⁹. nemo perturbatur, nemo submouebatur. tāta viatoribus quies, tantus pudor fascibus, vt plec runq; aliena turba subsistere, et consulē et principe cogeret. Ipsiū quidē officiū, tam modicum, tā tem peratū, vt antiquus, aliquisq; magn⁹ cōsul sub bono p̄cipe incedere videretur. Iter illi s̄epius in forū, frequenter tamen et in campū, nam comitia consulū obibat ipse. tantum ex renuntiatio ne eoꝝ voluptatis, et quātum prius sex destinatio nec piebat. Stabant candidati ante curulē principis, vt ipse ante cōsulis steterat, adgebāturq; iverba, i quæ paulo ante ipse iurauerat p̄ceps. quītū putat esse in iure iurando, vt illud et ab aliis exi

gat. Reliqua pars diei tribunalii dabatur. Ibi vero
quant a religio æquitatis, quāta legum reverētia?
Adibat aliquis ut principē, respondebat se consulē
esse. Nullius ab eo magistrat⁹ ius, null⁹ autoritas
iminuta est, aucta etiam, siquidē pleraq; ad prætos
res remittebat, atq; itavt collegas vocaret, nō quia
populare, gratū q; audiētib⁹, sed quia ita, sentiebat
Tm̄ dignationis i ipso honore ponebat, vt nō apli⁹
esse céseret, qd̄ aliquis collega appellaretur a princi⁹
pe, qd̄ prætor esset. Ad hæc tā assidu⁹ in tribuna
li, vt labore refici, ac reparari videretur Qn̄is nos
strum idem curę idē sudoris sumit? quis adeo ex⁹
petitis honoribus aut deseruit, auctor sufficit. Et sane
æquū est, tñm cæteris præstare consulibus ipsū, qui cō
sules facit, quippe etiā fortunę videbatur indignū,
si posset honores dare, qui gerere nō posset. Factu
rus consules doceat, accepturosq; amplissimum
honore persuadeat scire se, quid sit, qd̄ daturus sit,
sic fit vt illi quoq; sciant, quid acceperit. Quo iusti⁹
Senatus vt susciperes quartum consulatum etro
gauit, et iussit. Imperii hoc verbū non adulatioñis
esse, obsequio tuo crede, qd̄ nō alia i re magis aut
Senatus exigere a te, aut præstare Senatui debes
Vt enī cetero& hominum, ita principum illorum
omniū, qui dii sibi videtur, æuū omne et breue, &
fragile est. Itaq; optimū quenq; niti, et contendere
decet, vt post se quoq; Reip. profit moderatiōis sci
licet, iusticieq; monimētis, quę prima statuere cōsul
potest. Hęc népe intentio tua, vt libertatē reuoces,
ac reducas. Quem ergo honorē magis amares, qd̄

nomen usurpare saepius debes, quā quod primum
inuenit recuperata libertas: Non est min⁹ ciuile, &
principem esse pariter, & consulem, quā tñ cōsulē.
Habēs etiam rationem verecundiæ collegarū tuo
rum. Collegarum inquam, ita enī et i; se loqueris,
et nos loqui vis: onerosa erit modestiæ illorum ter
tii consulatus sui recordatio, donec te consulē vide
ant. neq; enī potest nō nimis esse priuatis, quod pri
cipi satis est. Annuas Cæsar optantibus, quibusq;
apud deos esse consueisti, quorū potens es, voto
rū cōpotes facias, fortasse sufficiat tert⁹ cōsulat⁹, sed
nobis tanto minus su. icit Ille nos instituit, et indu
xit, vt te iterū, iterumq; consulē habere cupiamus.
Remissius istud cōtēderem⁹, si adhuc nō scirem⁹,
qualis esses futurus. Tolerabilius fuit experimētū
tui nobis, quā vsum negari. Dabitur ne rursus vi
dere cōsulē illum: audiet, reddet, quas proximevo
ces: præstabitq; gaudiū, quātū ipse percipiet: præ
debat lētitia publicæ autor eius, et caussa: tētabitq;
affectus nostrōs, vt solet cohibere, nec poterit/ pie
tati Senatus cū modestia principis felix, speciosuq;
certamē seu fuerit victa, seu vicerit. Evidē scogniz
tam quandā, proximāq; maiorē præsumo lētitiam
quis enī est tam imbecilli ingenio, qui nō tanto me
liorē consulē speret, quāto saepius fuerit. Alius labo
res, si non continuos desidiae, ac voluptati dedisset,
otio tamē, & quiete recreasset, hic cōsularibus curis
exolutus, principaleis resumpsit, tam diligens tēpe
ramenti, vt nec consulis officiū princeps, nec princ
pis consul appeteret. Videmus vt prouinciarū de

syderiis. vt singulatū etiā ciuitatum presidiis occur-
rat, nulla in audiendo difficultas, nulla in respondē-
do mora. adeunt statī, dimittuntur statim, tandemq;
principis fores exclusa legationum turba non obse-
det. Quid in omnibus excogitationib^z, quam mi-
tis seueritas, quā non dissoluta clementia? nō locu-
pletādo fisco sedes. nec aliud tibi sentētiae tuæ pre-
tiū, quā bene iudicasse. Stat ante te litigatores non
de fortunis suis, sed de tua aestimatione solicii, nec
tā verētur, quid de causa sua, quā quid de morib^z
sentias. O vere principis, atq; etiā cōsulis, reconcilia-
re æmulas ciuitates, tumēteisq; populos nō iperio-
magis, quā ratione compescere, intercedere iniqui-
tatibus magistratuū, infectūq; reddere, quidquid
fieri non oportuerit. Postremo velocissimi syderis
more oia inuisere oia audire, et vnde decūq; iuocatū
statī numē velut adesse, et adsistere. Talia esse crea-
diderim, quē ipse mundi patens temperat nutu, si
quando oculos demisit in terras, et facta mortaliū
inter diuina opera numerare dignat^z ē, quib^z nūc
per te liber, solitusq; cœlo tm̄ vacat, postquā te de-
dit, qui erga omne hominū genus vice sua fungen-
teris, fungeris enim, sufficisq; mādāti, cū tibi dies
omnis sūma cū vtilitate nostra, cū tua laude conda-
tur. Quod si quando cū influentibus negociis pa-
ria fecisti, instar refectionis existimas mutationē la-
boris. Q nā enī remissio tibi nī illustrare saltus, ex-
cutere cubilibus feras, superare imensa montiū iu-
ga, et horrentibus scopulis gradū inferre nullius
manu, nullius vestigio adiutū, atq; sitet hęc pia niē

te adire lucos, et occursum numeris? Oli haec ex
perientia iuuēt utis, hec voluptas erat. his artibus
futuri duces imbuebantur, certare cū fugacibus fe-
ris, cursu, cū audacib⁹, labore, cū callidis, astu, nec
mediocre pacis decus habebatur submota campis
irruptio ferarū, et obsidione quadā liberat⁹ agre-
stium labor. Vsurpabant gloriam istā illi quoq; pri-
cipes, qui obire non poterāt vsurpabant autem, vt
domitas, fractasq; claustris feras, ac deinde in ipso
rum quidem ludibriū emissas mentita sagacitate
colligerent. Huic par capiēdī, quærēdīq; sudor, su-
musq; et idē gratissimus labor inuenire. Eniuero
si quando placuit idē corporis robur in maria pro-
ferre, non ille fluitātia vela, aut oculis sequitur, aut
manibus, sed nūc gubernaculis affidet, nunc cū va-
lentissimo quoq; sodaliū certat frangere fluct⁹, do-
mitare vētos reluctātēis, remisq; trāsfretare obſtā-
tia freta. Quātū dissimilis illi, qui nō Albani lacus
otium, Baianiq; torporem, & silētium ferre, nō pul-
sum saltem, fragoreq; remorum perpeti poterat,
qui ad singulos ictus turpi formidine horresceret.
Itaq; procul ab omni sono inconcussus ipse, & imo-
tus religato, reuictoq; nauigio, nō secus ac piaculū
aliquod trahebatur, foeda facies, cum Populi R. im-
perator alienū cursum, alienum rectore uelut ca-
pta naue sequeretur. Nec deformitatem ista saltē flu-
mina carebāt, atq; amnes, Danubius, ac Rhen⁹ tā-
tū illud nostri dedecoris vehere gaudebat, nō mi-
nore cū pudore imperii, quod haec Romanae Aqui-
læ Romana signa, Romana deniq; ripa, quā quod

hostium prospectarent, hostium, quibus moris est eadē illa nūc rīgentia gelu flumina, aut campis superflua, nūc liquida, deferentia lustrare nauigij, nandoq; superare. Nec vero laudauerim per se magnopere duritiam corporis, aclacertorū, sed si his validior toto corpore anim? iperitet, quem nō fortunae idulgentiæ moliant, nō copiæ principales ad segnitiem, luxumq; detorqueant, tūc ego seu mōti bus, seu mari exerceatur, & lætum opere corp? et crescentia laboribus mébra mirabor. Video enī iā inde anquitus maritos dearum, ac deorū liberos, nec dignitate nuptiarū magis, quam his artib? inclaruissc. Simul cogito, cum sint ista ludus, & auocamentum huius, illæ seriæ & intentæ, & a quibus se in tale otium recipit, voluptates. Sunt enī voluptates, quibus optime de cuiusq; grauitate, sanctitate, tēperantia creditur. Iam quis adeo dissolutus, cui? nō occupationibus aliqua species seueritatis ifidat? Otio pdimur. An nō pleriq; principes hoc idē tēpus in aleam, stupra, luxum cōferebant, cū eriarum laxamenta curarum, vitiorum contentionē supplerent. Habet hoc primū magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultū esse patitur. principū vero nō modo domus, sed cubicula ipsa, intimosq; secessus recludit, omniaq; arcana noscēda faniae pponit, atq; explicat. Sed tibi Cæsar nihil accommodati? fuerit ad gloriam, quam penitus ipsici. sunt quidem præclara, quæ in publicum profers, sed nō minora ea, quæ limine tenes. Est magnificū, quod te ab oī cōtagiōe vitiorū reprimis, ac reuocas, sed magnificēs

tius, quod tuos. Quāto enim magis arduū est alios
prestare, quam se, tanto laudabilius, quod cum ipē
sis optimus, oēs circa te similes tui effecisti. Multis
illustribus dedecori fuit, aut icōsultius vxor assum-
pta, aut retenta patiēti⁹, ita foris claros domesticā
destruebat famia, & ne maximi ciues haberētur,
hoc efficiebat, qđ mariti minores erant. Tibi vxor
in decus, & gloriam cedit. quid enī illa sanctius? qđ
antiquius? Non ne si pontifici maximo diligenda
sit coniūx, aut hanc similem (vbi est autem similis)
elegerit; quā illa nihil sibi ex fortuna tua, nisi gau-
dium vendicat, quam constanter non potentia tua
am, sed ip̄m te reuerentur! Idem estis inuicē, quod
fueritis, p̄batis ex equo, nihilq; vobis felicitas addi-
dit, nisi quod scire cœpistis, q̄ bene vterq; vestrū fe-
licitatem ferat. Eadem quam modica cultu, quā p-
ca comitatus, quam ciuilis incessu, mariti hoc opus,
qui ita ibuit, ita iſtituit, nā vxori sufficit obsequii glo-
ria. At cum videat, quam te nullus terror, nulla co-
mitetur ambitio, non & ip̄a cū silentio incedat, in-
gredientemq; pedibus maritum, inquantū patitur
texus, imitetur. Decuerit hoc illam, etiā, si diuersa
tu facias. Sub hac vero modestiavirī quantā debet
verecūdiam vxor marito, foemina sibi. Soror autē
tua, vt se sororem esse meminit, vt in illa tua simpli-
citas, tua veritas, tuus candor agnoscitur, vt si quis
eā vxor ituēcoferat, dubitare cogatur, vtrū fit effi-
ciatius ad recte viuēdum bene institui, aut feliciter
nasci. Nihil est tā p̄nū ad simultates, quā emulatio
in foemis presertim, ea porro maxime nascitur ex

coniunctione, aliter æqualitate, ex arde scit iuidia, cuius finis est odiū. Quo quidem admirabilius existimādum est, qđ mulieribus duabus in vna domo, pariq; fortuna nullū certamen, nulla contentio est. suspiciunt inuicem, inuicem cedūt, cumq; te vtraq; effusissime diligat, nichil sua putant interesse, vtrā tu magis ames, idemq; vtrīq; ppositum, idē tenor vītē, nihilq; ex quo sentias duas esse, te eñi imitari, te subseq; student, ideo vtraq; mores eosdem, quia vtraq; tuos habet. Inde moderatio, inde etiā ppetua securitas. neq; eñi vñquam pericitabuntur esse priuate que non desierunt. Obtulerat illis Senatus cognomē Augustarū, quod certatim de pcatē sunt, quādiu appellationē patris patræ tu recusasles, seu quod plus esse in eo iudicabāt, si vxor, & soror tua, quam si Augustæ dicerentur. Sed quæcūq; illis ratiō tantam modestiā suasit, hoc magis dignæ sunt, que i animis nostris & sint, & habeātur Augustæ, quia nō vocātur. Quid enim laudabilius foeminis, quam si verum honorē non in splendore titulorū, sed in iudiciis hominū reponant, magnisq; nominib; bus patei s se faciāt, etiam dū recusant. Iam etiam et in priuatorum animis exoleuerat priscum mortalium bonum amicitia, cui in locum migrauerāt assentatiōes, blāditiæ, & peior ordo, amorissimula tio. etenim in principum domo nomē tantū amicitie inane scilicet, irrisiung; manebat, nam que poterat esse iter eos amicitia, quorū sibi alti dñi, alii serui videbātur. Tu hanc pulsam & errantē reduxisti. Habes amicos, quia amicus ipse es, neq; enim vt

alia subiectis, ita amor imperatur. nec est ullus affectus tam eructus, & liber, & dominationis impatiens, nec q̄ magis vices exigat. Potest fortasse princeps intq; potest tamē odio esse nō nullis, etiā si ipse nō oderit, amari, nisi ipe amet, nō potest. Diligis ergo, cū diligaris, & in eo, qd̄ vtriq; honestissimū est, tota gloria tua est, qui superior factus, descendis in om̄ia familiaritatis officia, & in amicum ex iperato resubmitteris, immo tūc maxime imperator cum amicum ex imperatore agis. Etenim cū plurimis amicitiis fortuna principum indigeat, præcipuū est principis opus, amicos parare. Placeat tibi semper hæc secta, & cū alias virtutes tuas, tum hāc cōstantissime teneas, nec vñquā p̄suadeatur humile esse principi, nisi odiſſe, iucūdissimū est in reb⁹ humanis amari, sed nō minus amare. quorū vtroq; ita fruētis, vt cū ipe ardētissime diligas, adhuc tñ ardētus diligaris, primū, quia facili⁹ est vñ amare, q̄ mltos deide, q̄a tibi amicos tuos obligandi adest facultas tāta, vt nemo possit te, nisi igrat⁹, nō magis amare. Operæ pretium est referre, quod tormētum tibi intunxeris, nequid amico negares. dimisisti optimū virū, tibiq; carissimū inuitus, & tristis, & quasi retinere nō posses, quantū amares eum desyderio expert⁹ es, distractus, separatusq; dū cedis, & viceris. Ita quod fando inauditum, cum princeps, & principis amicus diuersa velletis, id poti⁹ factū est, quod amicus volebat. Orem memorie, literisq; mandādam, præfectum prætori nō ex ingerētibus, sed ex subtrahētibus legere, eunde mq; otio, quē pertinac-

citer amet reddere, cūq; sis ip̄e distent⁹ imperii cus
ris, nō quietis gloriam cuiquam inuidere. intelligi-
mus Cæsar, quantū tibi pro laboriosa ista statione,
et exercita debeamus, cū otū a te tanquā res opti-
ma & petatur, & detur. Quā ego aūdio confusione
tuā fuisse, cū digrediētē p̄lequereris, p̄secut⁹. n. nec
temperasti tibi, quo minus exēti in litore ample-
xus osculū ferres Stetit Cæsar i illa amicitia specu-
la, p̄catus q; maria, celerēq; si tñ ip̄e voluisset, recur-
sum, nec sustinuit recedente, nō etiā atq; etiā votis,
lachrymis sequi. Nā de liberalitate taceo quib⁹. n.
muneribus æquari hæc cura principis, hæc patiētia
potest: qua meruisti, vt ille sibi nimiu⁹ fortis, ac pro-
pe durus videretur. Nec dubito, quin agitauerit se
cum, an gubernac'ia retorqueret, & fecisset, nisi qđ
pene ip̄o cōtubernio principis felicius, iucundiusq;
est desyderare principem. Et ille quidē vt maxima
fructus suscep̄ti, ita maiore depositi officii ḡlia frui-
tur, tu autē facilitate ista consecutus es, nequē reti-
nere videaris inuitum. Ciuite hoc erat, & parēti pu-
blico cōuenietissimū nihil cogere, semperq; memi-
nisce, nullā tātam potestate cuiquam dari posse,
vt nō sit gratior potestate libertas Dign⁹ es Cæsar,
qui officia mādes deponere optāibus, qui petenti
bus vacationē inuitus quidem, sed tamen tribuas,
qui ab amicis orātibus requiē, nō te relinqui putas,
qui semp̄ iuenias, & quos ex otio reuoces, & quos
otio reddas. Vos quoq; quos parēs noster familia-
riter inspicere dignatur, fouete iudiciū eius, qđ de
vobis habet, hic vester labor est, princeps enim cum

dd

In uno probauit amare se scire, vacat culpa, si alios
minus amat. Ipm quidē, quis mediocriter diligit:
cūm leges amādi nō det, sed accipiat: hic presens,
ille mauult absēs a mari, vterq; ametur, vt mauult.
nemo in tēdiū p̄senta, nemo in obliuionē absen-
tia veniat, tenet quisq; locū, quem semper meruit,
faciliusq; est, vt oculis eiusvultus absentis, quam vt
animo caritas excidat. Pleriq; pr̄incipes, cuim essent
ciuiū domini, libertorum erant serui, horum consi-
lii, horum nutu regebantur, per hos audiebāt per
hos loqnebātur, per hos p̄eturē etiam, & sacerdo-
tia, & consulatus, immo & ab his petebātur. Tu li-
bertis tuis summū quidem honorem, sed tāquam
libertis habes, abundeq; sufficere his credis, si pbi.
et frugi existimētur. Scis eñi p̄cipuum esse idicū
nō magni pr̄incipis, magnos libertos. Ac primū ne
mīne mīnīsu habes, nisi aut tibi, aut patri tuo, aut
optimo cuiquā p̄cipū dilectum, statimq; hos ipos
quotidie, deinde ita formas, vt se non tua fortuna,
sed sua metiātur, & tāto magis digni, quib⁹ honor
om̄is p̄stet a nobis, quia nō est necesse. Iustis ne
de caussis. S.P.Q.R. optimi tibi cognomē adiecit:
Pr̄atum id quidem, & in medio positū, nouū tas-
men scias neminem ante meruisse, quod non erat
excogitandū, si quis meruisse. An sat⁹ fuit felicem
vocare: quod nō moribus, sed fortunē datum est.
Satius magnum: cui plus inuidie, quam pulchritu-
dinis inest. Adoptauit te optimus princeps in suū,
Senatus in optimi nomen, hoc tibi tam propriū,
quam paternū, nec magis definite, disticteq; de-

signat, qui Traianum, quā qui optimum appellat,
 vt olim frugalitate Pisones, sapientia Lælii, pietate
 Metelli monstrabantur, quæ simul omnia vno isto
 nomine cōtinentur, nec videri potest optimus, nisi
 qui ēst oīb⁹ optimis in sua cuiusq⁹ laude præstātor.
Merito tibi ergo post cæteras appellatioes hæc est
 addita, vt maior. Minus est eīm imperatorē & Cæsa
 rem, & Augustū, quam omībus imperatoribus, et
 Cæsaribus, & Augustis esse meliorē. Ideoq⁹ ille pa
 tens hominum, deorūq⁹, optimi prius, deinde ma
 ximi nomine colitur, quo præclarior laus tua, quē
 nō minus constat optimū esse, quā maximū. Aſſe
 cutus es nomē quod ad alium trāſire nō possit, nisi
 vt appareat in bono principe alienum, in malo fal
 sum, quod licet oīns postea vſurpent, semper tamē
 agnosceretur vt tuum. Eteīn vt nomine Augusti ad
 monemur eius, cui primum dicatū est, ita hæc opti
 mi appellatio nūquā memoriae hominū sine te re
 surret, quotiesq⁹ posteri nostri optimū aliquem vo
 care cogentur, toties recordabūtur, quis meruerit
 vocari. Quāto nūc diue Nera a gaudio frueris, cū
 vides & esse optimū, & dici, quem tanquā optimū
 elegisti? Quā lātum tibi, quod comparat⁹ filio tuo
 vinceris? Neq⁹ enim alio magis approbatur animi
 tui magnitudo, q̄ qđ optim⁹ ip̄e nō timuisti eligere
 meliorē. Sed & tu pater Traiane, nā tu quoq⁹, si nō
 sydera, proximā tamen syderibus obtines sedem,
 quantam percipis voluptatē, cum illum tributum,
 illum militē tuum, tantū imperatorē, tantum prin
 cipem cernis, cūq⁹ eo, qui adoptauit amicissime, co
 dd. ii.

tendis, pulchrius fuisse genuisse talem, an elegisse.
Macte vterq; igéti in Remp, merito, cui hoc tm bo
ni cōtulisti, licet alteri vestrū filii virt? triumpha
lia, cōclum alteri dederit. Non minor tamen vesta
laus, quod ista p filium, quā si ipsi meruissetis. Scio
Patres. C. cum cæceros ciueis, tū precipue consules
oportere sic affici, vt se publice magis, quā ppriua-
tim obligatos potent. Ut em̄ malos pricipes recti?,
pulchriusq; est ex cōibus iniuriis odiſſe, q; propriis,
ita boni spcciosi? amātur ob ea, quæ generi huma-
no, quā quæ hominibus præstant. Quia tamen in
cōsuetudinem venivit, t cōsules publica, gratiarum
actione perlata, suo quoq; nomine, quantū debeat
principi, pfitentur, concedite me nō pro me ma-
gis munere isto, quā pro collega meo Cornuto Ter-
tullo Consulari viro fungi. Cur. n. nō pro illo quoq;
gratias agam, p quo non minus debeo; præsertim
cum idulgentissimus imperator in cōcordia nostra
ea præsriterit ambobus, quæ si tantū in alterū con-
tulisset, ambos tamē æqualiter obligasset. Vtrumq;
nostrū ille optimi cuiusq; spoliator, & carnifex stra-
gib; amicorū, & in pximū iacto fulmine afflaue-
rat, iisdē em̄ amicis gloriabamur, eosdem amissos
lugebamus, ac sicut nūc spes, gaudiumq;, ita tūc cō-
munis nobis dolor, & met̄ erat. Habuerat hūc ho-
norē periculis nostris diu? Nerua, vt nos & si minus
vt bonos, tamen p̄mouere vellet, q; mutatis seculi
signum & hoc esset, quod florerent, quorum præci-
puum votum ante fuerat, vt memoriae principis ela-
berentur. Nō dum biennium compleramus i offi-

cio laborissimo, et maximo, cū tu nobis optime prīcipum, fortissime imperatorū cōsulatū obtulisti, vt ad summū honorē gloria celeritatis accedere . tñ inter te, & illos p̄cipes iterest, qui beneficis suis cōmendationē ex difficultate captabant, gratioresq; accipiētib⁹ honores arbitrabātur, si prius illos desperatio, et tediū, et similis repulsa mora īnotā quāda pudorēc; vertissent. Obstac verecūdia, quo minus percēseamus, quo vtrūq; nostrū testimonio or vt amore recti, amore Reip, p̄fiscis illis consulibus equa ueris, merito nea ne, neutrā ī partē decerne re audeamus, quia nec fas est affirmationi tuæ derogare, & onerosū cōfiteri vera esse, quæ de nobis p̄serti, tā magnifica dixisti . Tu tñ dignus es, qui eos consules facias, de quib⁹ possis ista p̄dicare Tribuas veniā, quod inter haec beneficia tua gratis simū est nobis, quod nos rursus collegas esse voluist̄, ita caritas ī mutua, ita cōgruēs tenorvit̄, ita vna, eademq; ratio propositi postulabat, cuius ea vis, vt morū similitudo concordiæ nostræ gloriā minuat̄ ac peride sit mirū, si alter nostrū a collega ac si a se ipso dissentiat. Non ergo temporatiū, et subitū est, quod vterq; collegæ consulatu tāquā iterū suo gaudet, nisi quod tñ qui rursus consules fiunt, bis qui dem, sed tēporib⁹ diuersis obligantur, nos duos cōsulatus accipimus simul, simul gerimus, alterq; ī altero cosul, sed iterū et pariter sumus. Illud vero quam īsigne, quod nobis p̄fectis ætario cōsulatum ante, quā successorē dedisti! Aucta est dignitas dignitate, neq; continuatus tantū, sed gemina

cus est honor, finemq; potestatis alterius. tāquā pa
 rū esset excipere, pruenit. Tanta tibi integratīs no
 strae fiducia fuit, vt non dubitares te salua diligētē
 tuae ratione esse facturum, si nos post maximū offici
 um priuatos esse non sineres. Quid, quod cūdēi
 annum consulatum nostrū contulisti? Ergo nō alia
 nos pagina, quā te consulē accipiet, et nostra quoq;
 noīa addētur fastis, quibus ipse p̄escriberis Tu co
 mitiis nostris presidere, tu nobis sanctissimū illud car
 men p̄eire dignatus es, tuo iudicio consules facti,
 tua voce renūtiati sumus, vt idē honoribus nostris
 suffragator in curia, in campo declarator existeres
 Nā quod eū potissimū mensē attribuisti, quē tu⁹ nata
 lis exornat, quam puichrum nobis, quibus edicto,
 quibus spectaculo celebrare continget diem illum
 triplici gaudio lētū, qui principē abstulit pessimum,
 dedit optimum, meliorē optimo genuit. Nos sub
 oculis tuis augustior solito currus accipiet, nos iter
 secunda oīa, et vota certantia, quæ presenti tibi co
 ferentur, vehemur alacres. et incerti ex vtra parte
 maior auribus nostris accidat clamor Super oīa tñ
 p̄edicādū videtur, quod pateris cōsules esse, quos
 fecisti. quippe nullū periculum, nullus ex principe
 metus consulaireis animos debilitat. & frangit. ni
 hil inuitis audiendum, nihil coactis decernendū
 erit. Manet, manebitq; honori veneratio sua, nec
 securitatē autoritate perdemus. Ac si quid forte ex
 consulatus fastigio fuerit dīminutū, nostra hēc erit
 culpa, nō seculi. licet enī quantū ad principem, licet
 taleis consules agere, qualeis ante prīncipes erant.

yllam ne tibi pro beneficiis referre gratiam parem
 possumus: nisi tamen illam, ut semper nos memineris
 mus consules fuisse, et consules tuos. Ea sentiam⁹, ea
 censeamus. quae consularib⁹ digna sūt. Ita versemur
 in Rep. vt credam⁹ esse Remp. non consiliū nostrū.
 non operam subtrahamus, nec disiunctos nos, et
 quasidemissos consulatu, sed quasi astrictos, et de
 unctos putemus, eūdēq; locū laboris et curiæ, quæ
 reverētiæ, dignitatib⁹ teneamus. In fine orationis
 præides custodesq; iperii deos ego Cōsul pro reb⁹
 humanis, ac te præcipue capitoline Iupiter precor
 vt beneficiis tuis faueas, tantisq; addas munerib⁹
 perpetuitatē. Audisti. q; malo prīcipi precabamur,
 exaudi. quæ pro dissimillimo optani⁹. Nō te distri,
 ḡim⁹ votis. nō. n. pacē non cōcordiā, nō securitatē,
 nō opes oramus, nō honores, simplex, cūcta ista cō
 plexū vñū oīm votum est, salus prīcipis. Nec vero
 noua tibi iniungim⁹. tu enī iā tunc illum in tutelam
 recepisti, cū prēdonis audiſſimi fauicibus eripuisti,
 neq;. u. sine auxilio tuo cū altissima quæq; quaterē
 tur, hic qui omnibus excelsior, incōcussus stetit, prē
 teritus est a pessimo prīcipi, qui præteriri ab opti
 mo non potuit. Tu clara iudicii tui signa misisti, cū
 proficisci ent ad exercitū tuo nomine, tuo honore
 cessisti. Tu voce iperatoris, quid sētires, locutus, fi
 liū illi, nobis parentē, tibi pontificem, maximū ele
 gisti. Quo maiora fiducia iſde illis votis, quæ ipſe
 pro se nuncupari iubet, oro, & obtestor, si bene.
 Rēp. si ex utilitate omniū regit, primū, vt illum ne
 potibus nostris, ac pronepotibus serues, deide, vt

quādoq; successorem eitribuas. quē genuerit, quē
formauerit, simileq; fecerit, adoptato aut si hoc fa-
to negatur, in cōsilio sis eligenti, mōstresq; aliquē
quem adoptari i capitulo deceat. Vobis Patres. C.
quātū debeā, publicis etiam monimētis cōtinetur
Vos mihi in tribunatu quietis, i prætura modestiæ
vos i istis officiis etiā, quæ e studiis nostris circa tuē-
dos socios iniunxeratis, cuncti cōstantiæ antiquissi-
mū testimoniū perhibuisti Vos pxiime destinatio-
nē consulatus mei his acclamationibus approbau-
stis, vt intelligam etiam emitendū mihi, vt hunc cō-
sensum vestrū complectar, et teneam, & in dies
augeā. Et enim memini tūc verissime iudicari me
ruerit quis honorē nec ne, cū adeptus est. Vos mō
fauete huic proposito, et credite, si cursu quondam
prouectus ab illo insidiosissimo principe ante, quā
pfiteretur odiū bonorū, post, quā professus est, sub-
stīti, cum viderem, quæ ad honores cōpendia pate-
rent, longius iter malui, si malistēporib⁹ inter mō-
stos, & pauēteis, bonis inter securos, gaudenteisq;
numeror, si deniq; in tantum diligo optimū
principem, inquantū inuisus pessimofui.

Ego reuerētiæ vestræ sic semper inser-
uiā, non vt me consulem, et mox
consularē, sed vt candi-
datum consulatus
putem.

C. PLINII SECUNDINO VOCO MENSIS
DE VIRIS ILLVSTIBVS LIBER.

DE Proca Rege Albanorum

Roca Rex Albanorum Amuliū &
Numitorem filios habuit, quib⁹ re =
gnum annuis vicibus habēdum rea
liquit. et vt alternis imperarent. sed
Amulius frā tri iperiū non dedit. Et
vt eum sobole priuaret, Rheam, Sil
uiam filiam eius Vestae sacerdotem præfecit, vt vir
ginitate perpetua teneretur, quæ a Marte cōpressa
Romulū & Remū edidit. Amulius ipsā in vincula
cōcepit. Paruulos in Tyberim abiecit, quos aquai
sicco reliquit. Aduagitū lupa accurrit, eosq; vberib⁹
suis aluit. Mox Faustulus pastor collectos Accæ La
retiæ coniugi educandos dedit. Qui postea Amu
lio interfecto, Numitori auo regnū restituerūt. Ip
si pastoribus coadunatis, ciuitatē condiderūt. quā
Romulus anguriovictor, quod ipse xii. Remus vi.
vultures viderat, Romam vocauit, et vt eā prius
legibus, quā moenibus munire et edixit, ne quis val
lum transfiliret, quod Remus irridens, tasiliuit, et a
Fabio Celere centurione rastro fertur occisus.

De Romulo Romanorū Rege primo.

Omulus Asylum conuenis patefecit, & ma
gno exercitu facto, cum videret cōiugia de

esse, per legatos a finitimiis ciuitatibus petiit, quib⁹
negatis, iudos cōsualia simulauit, ad quos cū trius
q̄ sexus multitudo veniss et, dato suis signo, virgi-
nes raptæ sunt, ex quibus cu m vna pulcherrima
cum magna omniū admiratione duceretur, Tha-
lassio eam duci respōsum. Quæ nuptiæ quia felici-
ter cesserunt, institutū est, vt omnibus nuptiis Thala-
ssi nomen in vocaretur. Cum fœminas finitimorū
Romani vi rapuissent, pri mi Ceninēses contra eos
bellum sumpserunt. Aduersum quos, Romulus
processit, et exercitum eorum, ac ducem Acronē
singulari prælio deuicit. Spolia opima Ioui Phere-
trio in capitolio consecrauit. Sabini ob raptas, bellū
aduersus Romanos sūpserunt, et cū Romæ appro-
pinquarent, Tarpeiam virginem nacti, quæ aquæ
caussa sacrotū gratia hauriēdæ descēderat, ei. T. Ta-
tius optionem muneris dedit, si exercitum suū i ea
pitolium produxisset, illa petiit, quod illi in smistris
manibus gerebant, videlicet annulos, et armillas,
Quibus dololose re promissis, Sabinos in arcē per-
duxit, vbi Titus Tatius scutis eā obrui præcepit Nā
et ea in leuis habuerant. Romulus aduersus Tatii
qui montem Tarpeium tenebat processit, ac in eo
loco, vbi nunc Ro. forum est, pugnam cōseruit. Ibi
Hostius Hostilius fortissime dimicans cecidit, Cui⁹
interitū cōsternati Romani fugere cōperunt. Tunc
Romul⁹ Ioui Statori ædē vouit, & exercitui seu sor-
te, seu diuinit⁹ restitit Tunc raptæ in mediū proce-
serunt, & hinc patres, inde coniuges deprecate pa-
cē conciliarunt. Romulus foedus percussit, et Sabia

prima coll.
Romani
origo

nos in urbē recepit, populum a Curib⁹ oppido Sa-
binorū Quirites vocauit Centū senatores ab æta =
te Patres appellauit. Treis equitū centuriæ instituit
quas suo nomine Rānenses, a Tito Tatio Tatiēses
a Lucumone Luceres appellauit, Plebē in trīginta
curias distribuit, easq; raptarū nō eis appellauit. Cū
apud Capre⁹ paludē exercitū lustraret, nunquā cō-
paruit. Vnde inter Patres, et populū seditione ore-
ta. Iulius Proculus vir nobilis in concionē processit,
et iure iurando formauit Romulū a se in colle Qui-
rinali visū augustiore forma, cū ad Deos abiret, eū
demq; præcipere, vt seditionibus abstinerent, vī-
tutem colerent, futurū, vt oīm gentiū dñi existerēt
Huius autoritati creditū est, ædes in colle Quirina
li Romulo cōstituta, sive p̄ deocultus, & Quirin⁹
est appellatus.

De Numa Pompilio Romanorum Re ge. ii.

Post consecrationē Romuli cum diu int er re-
gna seditiones orirētur, Numa Pompilius
Pōponii filius, Curibus oppido Sabinorum
accitus, cum adducentibus ciuib⁹, Romam venis-
set, vt populū ferū religione molliret, sacra plurima
instituit, qdē Veste fecit, Virgines vestales legit. Fla-
mines treis, Dialē, Martiale, Quirinalem, Salios.
Martis sacerdotes, quorum primus præfūl vocatur
xii. instituit. Pontificem Max. creauit, Portas Iano
geminō ædificauit. Annum in xii. menseis distri-
buit, additis Ianuaria, Februario. Leges quoq; plu-
rimas et vtileis, et oia lusu Egeriæ nymphæ, vxo-

ris suæ se facere simulans. Ob hanc tantam iustitiā bellū ei nemo intulit Morbo solutus in Ianiculo se pultus est, vbi post multos annos arcula cū libris a Teretio quodā exarata, qui libri, quia leueis quādā sacrorū cauſas continebāt, ex autoritate patrū cremati sunt.

De Tullo Hostilio Romanorū Rege tertio.

Vllus Hostilius, quia bonā operam aduersū Sabinos nauauerat, rex creatus, bellum Albanis indixit, quod trigeminorū certamine finiuit, Albani propter perfidiam ducis Metii, Suffeciū diruit, Albanos Romā traſire iussit Curā Hostiliam constituit Montem Cœlum vrbī addidit. Et dum Numā Pompiliū sacrificiis imitatur, Ioui Elio litare non potuit. Fulmine ictus cū regia cōflagravit, cū inter romanos, et Albanos bellum fuisse exortū, ducibus Hostilio et suffecio, placuit rem paucorum certamine finire. Erant apud Romanos trigemini Horatii, tres apud Albanos Curiatii, quibus cœdere isto concurrētibus, stati duo Romanorū ceciderūt Tres Albanorum vulnerati Vnus Horatius quāuis integer, quia tribus imparerat, fugā simulauit, et singulos per interualla, ut vulnerū erat dolor, interfecit. Et cū spoliis onustus rediret, sororē obuiā habuit, quę viso paludamento sponsi sui, qui vnum ex Curiatiis erat, flere cœpit frater eam occidit. qui apud duum viros condemnatus, ad populū prouocauit, vbi patris lachrymis condonatus, ab eo expiandi gratia sub Tigillū mis-

sus, quod nunc quoq; viæ suppositum Sororium appellatur. Meti⁹ Suffecius dux Albanorum, cum se inuidiosum apud ciues videret, quod bellū solo tri geminorū certamie finisset, vt rē corrigeret, Veītes, & Fidenates aduersum Romanos icitauit. Ip̄e a Tuilo i auxilium accersitus, aciē in collē subduxit, vt fortunam belli experiretur, ac sequeretur. Quare Tullus intellecta, magna voce ait: illud suo iussu Metiū facere. Quare hostes territi, victi q; sunt. Postera die Meti⁹ cū ad gratulādū Tullo venisset, iussu ip̄ius quadrigis religat⁹, ac in diuersa distract⁹ est.

De Anco Martio Romanorū Rege quarto.

Neus Martius Numæ Pompili ex filia nepos æquitate, & religiōe auo similis, Latini bello domuit, Auētinum, & Ianiculū mōteis vrbi addidit. Noua mœnia oppido circūde dit. Sylvas advsum nauium publicauit. Salinarum vestigal instituit. Carcerem primus ædificauit. Hoc stiā, Coloniā maritimis cōmeatib⁹ opportunā i ostio Tyberis deduxit. Ius foeciale, quo legati ad res repetēdas vterētur, ab Equicolis trāstulit, qd primus fertur Hesus excogitasse. his reb⁹ itra paucos dies cōfectis, imatura morte præcept⁹, nō potuit præstare, qualē pmiserat, Regem.

De Lucio Tarquinio Prisco Romanorū Rege. v.

Vcius Tarquini⁹ Priscus Lucumo Græci Demarathi filius, Corinthi tyrandem fugiens, in Hetruriā cōmigravit. Ip̄e Lucu-

mo dictus, Tarquinii p̄fugus, Romam petuit. Ad-
 uenientia aquila pileum sustulit, & cum alte subuo-
 lasset, reposuit. Tanaquil cōiunx, auguriorū perita,
 regnū ei portēdi intellexit. Tarquinius pecunia, et
 industria dignitatē, atq; etiā Anci regis familiarita-
 tem cōsecutus, a quo tutor liberis relict⁹, regnū in-
 tercepit, & ita administravit, q̄si iure adept⁹ fuisset.
 Centum Patres in curiā legit, qui minorū gentium
 sunt appellati. Equitum centurias numero dupla-
 uit, nomina mutare nō potuit. Accii Nauii auguris
 autoritate deterrit⁹, qui fidem artis suæ nouacula,
 et cote firmavit. Latinos bello domuit. Circum ma-
 ximū ædificauit. Ludos magnos instituit. De Sabi-
 nis, & Priscis latinis triumphauit. Murū lapidēvrbi
 circūdedit. Filium. xiii. annorū. quod in prælio ho-
 stem percussisset, prætexta, & bulla donauit. Vnde
 hæc ingenuorum puerorū insignia esse cœperunt.
 Post ab Anci liberis, immisis percussoribus, p̄do-
 lum regno exutus est, & imperfectus.

De Seruio Tullio Rege sexto.

Eruius Tullius. P. Corniculari, & Ocretiæ
 captiuę filius, cū in domo Tarquinii Prisc⁹
 educaretur, flamme species caput ei⁹ am-
 plexa est. Hocviso, Tanaquil suminā ei dignitatē
 portēdi intellexit. Coniugi suasit, vt ita eum, vt lis-
 beros suos educaret. Qui cū adoleuisset, gener a
 Tarquinio assump⁹ est. Et cū rex occis⁹ esset. Tana-
 quil ex altiore loco ad populū despiciens ait, Priscū

Tarquinium graui quidem. sed non letali vulnero accepto, petere, ut interim, dum conualescit, Seruio Tullio audiētes essent. Seruius Tullius quasi precatio regnare cœpit, sed recte imperium administravit. Hetruscos sepe domuit, collē Quirinalē, & Viminalē & Exquiliis vrbi addidit. Aggerē, fossasq; fecit. Populū i quatuor tribū distribuit, ac post plebi distribuit Annonā, mensuras, pōdera, classeis, centuriasq; cōstituit. Latinorū populis plus alit, vti exēplo eorū, qui Dianę Ephesię qđē fecissent. & ipi qđē Dianę i Auētino qđificarēt. Quo effecto, bos cui dā Latino mīrē magnitudinis nata est, respōsum somnio datum, eū populum suminā imperii habiturū, qui pri⁹ bouē illam imolasset. Latinus bouē in Auētinum egit, & caussam sacerdoti romanō exposuit. Ille callidus, dixit prius eū viuo fulmine man⁹ abluere debere. Latinus dum ad Tyberim deicēdit, sacerdos bouē immolauit. Ita imperium ciuib⁹, libi gloria factō, cōsilioq; vindicauit. Seruius Tullius filiam alterā ferocē, mitem alterā habēs, cū Tarquinii supbī filios pari animo yideret, vt omnī mīenteis morū diuersitate leniret, ferocem mīti, mitem ferocii matrimonī dedit. Sed mites seu forte, seu fraude perierunt. Feroce morū similitudo cōiunxit. Statim Tarquinius Supbus a Tullia incitat⁹ ad uocato Senatu, regnum paternū repetere cœpit. Quare audita Serui⁹, dum ad curiam pperat, iussu Tarquinii gradib⁹ deiectus, & domū refugiēs, interfectus est. Tullia statim in forum properauit, et prima coniugem regem salutauit, aqua iussa turba

recedere, cū domū rediret, viso patris corpore, milionem euitantē, super ipsum corp' carpentū agere praecepit. Vnde vīcus ille scelerat⁹ dictus. Postea Tullia cum cōiuge in exilium acta.

De Tarquinio Supbo Romanorū.

Reges septimo.

Arquini⁹ Supbus cognomē moribus merituit. Occiso Seruo Tullio, regnum scelestē occupauit, tamē bello strenuus, Latinos. Sabinosq; domuit, Suessam Pomitiā Hetruscis eripuit Gabios p̄ sextū filiū simulato trāsfugio i potestate redegit. Et ferias Latinas prim⁹ istituit. Lacus in Circo, & cloacā maximā fecit, vbi totius ppli virtus vsus est, vnde illæ fossæ Quiritū sunt dictæ. Cū Capitoliu inciperet, caput hois iuuenit. Vnde cognitū est eā urbē caput gētiū futurā. & cū in obſidione Ardeæ fili⁹ ei⁹ Lucretiæ stuprū intulisset, cum eo in exiliū act⁹, ad Porsenā Hetruriæ regē cōfugit, cui⁹ ope regnū retinere tētauit. Puli⁹, Cumas concessit, vbi p̄ summā ignominia reliquū vitæ tēpus exegit.

De Tarquinio Collatino.

Arquinius Collatin⁹ sorore Tarquinii Superbi genitus, in contubernio iuuenū regorum Ardeæ erat. Vbi cum forte in liberiore cōiuicio coniugem suam vnuſquisq; laudaret, placuit experiri. Itaq; equis Romam petūt, Regias nurus in cōiuicio, & luxu deprehēdunt, exi-

de Collatiā petūt. Lucretiā inter ancillas in lanificio offendūt. Ita ea pudicissima iudicatur. Ad quā corrūpendā Tarquini⁹ Sextus nocte Collatiā rediit, et iure p̄p̄inquitatis in domū Collatini venit, & in cubiculū Lucretiæ irrupit, pudicitiā expugnauit. Illa postero die aduocatis patre & cōiuge, rē exposuit, et se cultro, quē veste texerat, occidit. Illi ī exitiū regum cōiurarunt, eorūq; exilio necem Lucretiæ vindicauerunt.

De Junio Bruto primo Romanorū cōsule.

Vnius Brutus sorore Tarquinii Superbi
i genit⁹, cum eādem fortunā timeret, in
quam frater inciderat, qui ob diuitias &
prudentiam fuerat ab auunculo occisus, stultitiam
finxit. Vnde Brutus dictus. Iuuenibus regis Del-
phoseuntib⁹ rediculi gratia comes adscitus. baculo
sambuceo aurum infusum deo donū tulit. Vbi re-
sponsum est, eū Romæ sum mam potestatē habitu-
rum, qui primus matrē oscularetur, ip̄e terrā oscu-
latus est. Deinde ppter Lucretiæ stuprum, cum Tri-
cipitino, & Collatino ī exitium regum coniurauit.
Quibus in exilium actis, primus cōsul creatus, fili-
os suos, fratrisq; quod cū Aquiliis, & Vitelliis ad re-
cipiendum in urbē Tarquinios coniurauerant, vir-
gis cælos securi percussit. Deinde in prælio, qđ ad-
uersus eos gerebat, singulari certamine cum Arū-
te filio Tarquini cōgressus, se ambo mutuis vulne-
ribus occiderūt. Cuius corpus ī foro possum, a col-
lega laudatum, matronæ anno luxerunt.

ee

Orsena rex Hetruscorum, cū Tarquínios
 p in urbē restituere tentaret, & primo līm:
 petu Ianiculum cepisset, Horati⁹ Coles
 illo cognomē, quod in alio prælio oculū amiserat,
 pro ponte Sublitio stetit, & aciem hostiū sustinuit,
 donec pons a tergo int̄errūperetur, cū quo in Tybe
 rim decidit, & armatus ad suos tranauit. Ob hoc ei
 tantū agri publice datū est, quātū vno die circūara-
 ri potuisset, statua quoq; ei in Vulcanali posita.

De Mutio, qui manū foculo immisit.

Vm Porsena Rex urbē obsideret, Mutius
 c Sceuola Cord⁹ vir Romanæ cōstātiæ Se-
 natum adiit, & veniā transfugieđi petiit,
 necem regis repromittens. Accepta potestate, i ca-
 stra Porsenæ venit. Ibiq; purpuratū pro rege dece-
 ptus occidit. Apprehēsus, & ad regē pertract⁹ dex-
 terā aris iposuit, hoc supplicii ab eo exigēs, qđ i cas-
 de peccasset. Vnde cū misericordia regis abstrahe-
 retur, quasi bñficiū referens ait, treccētos aduersum
 eū simileis cōjurasse. Quare ille territus, bellū ac-
 ceptis obsidib; depositus. Mutio prata trans Tybe-
 rim data ab eo Mutia appellata. Statua quoq; ei ho-
 noris gratia constituta est.

De Cœlia Virgine.

p Orsena Coeciliam virginem nobilē inter
 obſides accepit, quæ deceptis custodib;

noctu castris eius egressa, equum, quem sors dede-
rat, arripuit, & Tyberim traiecit. A Porsena per le-
gatos repetita, reddita. Cuius ille virtutem admirā-
ratus, cū quib⁹ optasset in patriā redire pmisit. Illa
virgines, puerosq; elegit, quorū ætatē iniuriae ob-
noxia sciebat. huic statua equestris i foro posita.

De Morte Fabiæ gentis.

Omanī cum aduersum Veiéteis bellarēt,
¶ eos sibi hosteis familia Fabiorū priuato
nomine depositis, & pfecti trecēti sex du-
ce Fabio consules fuerunt. Cum sape victores exti-
tissent, apud Cremerā fluuiū castra posuerūt. Veié-
tes ad dolos cōuerſi, pecora ex aduerso in conspe-
ctu illorum posuerūt, ad quæ, pgressi Fabii, in insi-
dias delapsi, ad vnum occisione perierūt. Dies quo
id factum, inter nefastos relatū. Porta, qua profe-
cti fuerāt, Scelerata est appellata. Vnus ex ea gēte
propter impuberē ætatē domi relictus, genus ppa-
gauit ad. Q. Fabium Maximū, qui Hānibalē mora-
fregit, cūctator ab obtrectatorib⁹ dictus.

De Lucio Valerio Publicola.

Vcius Valerius Voleſi filius, primum de
1 Veiétab⁹, iterū de Sabinis, tertio devtrisq;
gentibus triumphauit, hic, quia in locum
Tricipitini collegæ consulē subrogauerat, & domū
in Velia tutissimo loco habebat, in suspicionē regni
affectati venit. Quo cognito, apud populū questus
ee. ii.

q̄ de se tale aliquid timuissent, imisit qui domū suā diruerēt. Secures etiā fascibus dēpsit, eosq; in pp̄lī cōtiōe submisit. Legē de p̄uocatiōe a magistratib⁹ ad pp̄līm tulit, hinc Publicola dict⁹. Cū diē obiisset, publice sepultus, & annuo matronarū luctu honoratus est.

De Aulo Posthumio.

Arquinius electus ad Maniliū Tusculanū generum suum cōfugit, qui cum Latio cōcitato, Romanos grauitervr geret, Aulus Posthumius dictator dictus, apud Regilli lacū cum hostibus conflixit. Vbi cum victoria nutaret, Magister equitū equis frenos detrahi iussit, vt irreuocabili impetu ferrentur, vbi & aciem Latinorū fuderūt, & castra ceperūt. Sed inter eos duo iuuenes cādidis equis insigni virtute apparuerūt, quos dictator quæsitos, vt dignis munerib⁹ honoraret, nō reperit. Castorē & Pollucērat⁹, cōtitulo dedicauit.

De Lucio Quintio Cincinnato.

Vcius Quintius Cincinnatus filiū Cesonē petulantissimum abdicauit, qui & a censōribus notatus, ad volscos, & Sabinos cōfugit, qui duce Cœlio Graccho bellū aduersum Romanos gerabant, & Q. Minutiū consulem in Algidō mōte obsidebant. Quintius dictator dictus, ad quem missi legati, nudū eum arātem trans Tyberim offenderūt, qui insignibus sumptis consulēob-

fidione liberauit. Quare a Minutio, et eius exercitu obsidionali corona donatus est. Vicit hosteis. Duce eorum in ditionem accepit, et i triumphi die ante currum egit. Sextodecimo die dictaturam, quam accepit, depositum, et ad agriculturam reuersus, iterum post viginti annos Dictator dictus. Spurium Melium regnum affectantem a Seruilio Hala magistro equitum occidi iussit. Domum eius solo aquauit. Vnde locus ille Aequimelium dictus.

De Menenio Agrippa Romanæ pacis
insigni arbitro.

M Eneni⁹ Agrippa cognomēto Lanatus, dux electus, aduersū Sabinos, de his triumphauit, et cum populus a patribus secessisset, quod tributum, & militiam toleraret, nec reuocari posset, Agrippa apud eū, olim inquit, humani artus cum ventrem ociosum cerneret, ab eo discordarunt, et suum illi ministerium negauerunt. Cum eo pacto et ipsi deficerent, intellexerunt ventrem acceptos cibos per omnia membra digerere, et cum eo in gratiam redierunt. Sic Senatus, et populus quasi unū corpus discordia pereunt, concordia valent. hac fabula populus regressus est. Creauit tamen Tribunos ple. qui libertatem suam aduersum nobilitatis superbiam defenderent. Menenius autem tanta paupertate decessit, ut eum populus collatis quadrantibus sepeliret, locum sepulchro Senatus publice daret.

NEus Martius captis Coriolis vrbe Volscorum. Coriolanus dictus, ob egregia militiae facinora a Posthumio optionem munerum accipiens, equum tantum, et hospitem sumpsit. virutis, et pietatis exemplu. Hic cosul graui annona aduectu e Sicilia frumentu magno pretio, dandu populo curauit, ut hac iniuria plebs a gressu, non seditiones coleret. Ergo a tribuno plebis Decio die dicta, ad volscos concessit, eos quod duce Auctio Tullio aduersus Romanos concitauit, et ad quartu ab urbe lapide castra posuit. Cum nullis ciuiu legationibz fletteretur, a Veturia matre, et Volumnia uxore matrona numero comitata motu, omisso bello, ut peditor occisus est. Ibi templu Fortune muliebris constitutu est.

De Licinio Stolone primo Cos. ex plebe.

Abius Ambustus ex duabus filiis alteram f Licinio Stoloni, alteram Aulo Sulpitio patrictio coniugem dedit. Quarum plebeia cum sororem salutaret, cuius vir tribunus militu consulari potestate erat, fasces lictorios foribus appositos idem expauit, a sorore irrita, marito questa, qui adiuuante socero, ut primum tribunatum plebis agressus est, legem tulit ut alter Cosul ex plebe crearetur. Lex resistente Appio Claudio, lata tamē. Et primus Licinius Stolo consul factus. Idem lege sanctiuit, ne cui plebeio plus centu iugera agri habere

liceret. Et ipse cum iugera centū quinquaginta ha-
beret, et altera emancipati filii noīe possideret, si u-
diciū vocatus, et primus oīum sua lege punit⁹ est.

De Virginio Cēturione filiæ occisore.

Opulus Romanus cū seditiosos magistrat⁹
P ferre non posset, decemuiros legibus scribē-
dis creauit, qui eas ex libris Solonis transla-
tas duodecim tabulīs exposuerūt. Sed cū pacto do-
minationis magistratū sibi prorogarent, vñus ex ip-
sis Appius Claudius Virginiam Virginii centurio-
nis filiā in Algido militantis adamauit, quā cū cor-
rūperc non posset, cliētē subornauit, qui eā i seruitu-
tem deposceret, facile victurus cū ipse esset accusa-
tor, et iudex, Pater recognita, cū ipso iudicij die su-
peruenisset, et filiā iam addictam videret, vltimo
eī⁹ alloquo ipetrato, cū eā in secretū abduxisset, oc-
cidit, et corpus eius humero gerēs ad exercitū p: o
fugit, et milites ad vindicādū facinus accendit, qui
creatīs decē tribunis Auētinū occuparuut. Decēui-
ros abdicare se magistratu preceperunt, eosq; oēs
aut morte, aut exilio punierūt. Appius Claudi⁹ in-
carcere necatus est.

De Aesculapio Romā aduecto:

Omani ob pestilentia respōso monente, ad
P Aesculapiū Epidauro accersendū decē
legatos principe. Q. Volumnio mis-
runt. Qui cum venissent, & simulachrum īgens
mirarētur, anguis e sedibus eius elapsus venerabi-
ee iiiii

lis nō horribilis per mediā vrbē cum admiratione
oīm ad nauem Romanorū perrexit, & se in Volū-
ni tabernaculo cōspirauit. Legati deū vehētes An-
tiū prouecti sunt, vbi per nolitiē maris anguis pro-
ximū Aesculapii fanū petiit. & post paucos dies ad
nauim rediit, et cū aduersa Tyberi subueheretur,
in proximā syluā desiliuit. Vbitēplū ei cōstitutū, &
pestilentia mira celeritate sedata est

De Furic Camillo Vrbis Ro. Liberatore.

Vrius Camillus cū Phaliscos obsideret, ac lu-
f di literarum magister principū filios ad eū
adduxisset, vincitum eum iisdem pueris iu-
rbem redigendū, et verberandū tradidit. Statim
Phalisci se ei ad tantam iustitiā dediderunt: Veios
dece mni obsidione domuit, deq̄ziis triumphauit.
Post modū criminī datum, q̄ albis equis triūphas-
set, et prædam inique diuīsisset, die dicta ab Apu-
leio tribuno Plebis damnatus, Ardeam concessit.
mox cum Galli Senones relictis ob sterilitatē agris
suis, Clusiū Hetrūræ obsiderent, missi sunt Roma-
ni tres legati, qui Gallos monerēt vt ab oppugna-
tione desisterent. Ex iis unus contra ius gentiū i az-
ciem processit, et duāem Senonū interfecit. Quo
cōmoti Galli petitis in deditiōne legatis, nec ipatra-
tis Romā petierāt, & exercitū Romanū apud Al-
liam fluuiū occiderūt die xvi Kal. augusti, quī dies
inter nefastos relat⁹ Alliensis dictus, Victores Gal-
li vrbem intrauerunt, vbi nobilissimos senum in-

curulibus, et honorū insignibus primo vt deos ve-
nerati, deinde vt hoies despiciati interfecere. Reli-
qua iuuentus cū Manlio In Capitoliū fugit, vbi ob-
sessa Camilli virtute liberata est, qui absens Dicta-
or dictus, collectis reliquiis, Gallos iprouisos inter-
netione occidit Populū Ro. migrare Veios volentē
retinuit. Sic et oppidū ciuib⁹, et ciueis oppido reddi-
dit.

De Manlio Capitolino

Anlius job defensum capitolii, Capitolinus
dictus, sexdecim annorū voluntariū mili-
tem se obtulit. Triginta septem militaribus
donis a suis ducibus ornatus viginti treis cicatrices
in pectore habuit. Capta vrbe autor in Capitoliū fu-
giendi. Quadam nocte clangore anseris excitat⁹,
Gallos aſcēdenteis deiecit. Patronus a ciuib⁹ appellat⁹
latus, et farre donatus est. Donū etiā i capitolio pu-
blice accepit. Quia superbia elatus, cū a Senatu sup-
pressisse Gallicos thesauros argueretur & addictos
propria manu liberaret, regni affectati uspitione,
in carcerem cōiectus, populi consensu liberat⁹ est.
Rursus cū in eadē culpa, et grauius perseueraret,
fet reus fact⁹, et cōspectū Capitoliī apliat⁹, alio dein-
de loco dānatus, et de saxo tarpeio præcipitat⁹. Do-
m⁹ diruta, bona publicata. Gentilitas ei⁹ Mālii co-
gnomine iurauit, ne quis postea Capito in⁹ vocare-
retur.

De Cornelio Cocco.

Idenates fidei Romanorū hostes, vt sine spe
ueniae fortius dimicarent, legatos ad se mis-

PL.NOVOCO

sos interfecerūt, ad quos Quintius Cincinatus Dic^{tator} missus, magistrum equitū habuit. Cornelius Cossus, qui Larten Tolunniū ducē, sua manu interfecit. De eo spolia opima Ioui Pheretrio secundus Romulo consecrauit.

De Publio Decio patre.

d Ecīus Mus bello Sānitico sub Valerio Maximo et Cornelio Cocco cōsulibus tribunus militum exercitu in augustiis Gauri mōtis isidīis hostium clauso, accepto, quod postulauerat, præsidio, in superiorē locum evasit. hosteis terruit. Ipse intēpesta nocte per medias custodias sōno oppressa columis evasit. Ob hoc ab exercitu iuica corona de queru, que dabatur ei, qui ciueis in bello seruasset, obfidionali, que dabatur ei, qui obfidione ciues liberasset, donatus ē. Cōsul bello Latino collega Mālio Torquato, positis apud Veserī fluuium castris, cū vtricq; cōsuli sōnio obuenisset, eos viatores futuros, quorū dux i plio cecidisset, cū col lato cum collega somnio conuenisset, vt cui⁹ cornu iacie laboraret, diis se manib⁹ voveret i clināte sua parte, se et hosteis p Valerii pōtificē diis manibus deuouit. Impetu i hosteis facto, victoriā suis reliquit.

De publio Decio filio.

p Vblius Decius Decii filius, primo consul de Samnitibus triumphauit Spolia de tis Cereri cōsecrauit. Iterum, et tertio consul mul

ta domi, militiaeque gessit. Quarto consulatu cum Fabio Maximo, cum Galli, Samnites, Umbri, Tuscis contra Romanos cōspirassēt, ibi exercitu in arcē ducto et cornu inclināte exemplū patris imitatus aduocato. M. Lūvio pontifice hastae insistēs, et solennia verba respondēs, se et hosteis dīs manibus deuouit. Impetu i hosteis facto, victoriā suis reliquit. Corpore a collega laudatū, magnifice sepultū est.

De Tito Manlio Torquato.

Itus Manlius Torquatus ob ingenii, et lingue tarditatē a patre rus relegatus, cum audisset ei diem dictam a Pomponio Trib. Pl. noctu urbē petiit. Secretū colloquiū a tribuno ipse trauit, et gladio stricto, dimittere eū accusationem terrore multo cōpulit. Sulpitio dictatore tribunus militū Gallū prouocatore occidit. Torquē ei detraxit ceruici suæ iduīt. Cōsul bello Latino filiū suū, quod contra imperiū pugnasset, securi percussit Latinos apud Veserī fluuiū Decii collegae deuotione superauit. Cōsulatū recusauit quod diceret neque se populi vitia, neque illū severitatem suā posse sufficeret.

De Marco Valerio Coruino

Eliquias Senonū Camillus persequebatur aduersum ingentem Gallum prouocatore solus Valerius Trib. militum, oībus territis processit. Cor uus ab ortu solis galeæ eius isedit, & iter pugnādū ora, oculosq; Galli verberauit. hoste

deuicto Valerius Coruinus dictus. hic cum ingens
multitudo ære alieno oppressa Capuā occupare té
tasset, et ducē sibi Quintiū necessitate compulsum
fecisset, sublato ære alieno . seditionem cōpressit.

¶ De Pontio Thelesino.

Aius Veturius, & spurius Posthumius con-
sules bellum aduersū Samnites gerentes, a

Pōtio Thelesino duce hostiū per insidias se-
ducti sunt. Nam ille simulatos trāstugas misit, qui,
Romanis dicerent, Luceriam a Samnitibus obside-
ri in Apulia, quo duo itinera ducebant, aliud longi-
us, et tutius, aliud breuius, periculosius. Festinanti
bus itaq; cum insidias statuisset, qui locus furculæ
Caudinæ vocatur, Pontius accitum patrē Herēniū
rogauit, quid fieri placeret, ille ait, aut omneis occi-
dendos, ut vires frāgerentur, aut omneis dimitte-
dos, ut beneficia obligarentur. Vt rōq; improbatō
cōsilij, omneis sub iugum misit ex foedere, quod a
Romanis improbatum est. Posthumius Samniti-
bus deditus, nec receptus est,

De Lucio Papyrio Cursore

Vcius Papyrius a velocitate Cursor, cū cōsu-
lē se aduersis omnib⁹ aduersum Samnites
progressum esse sensisset, ad auspicia repe-
tēda Romā regressus, edixit Fabio Rutiliano, quē
exercitui præponebat, ne manum cū hoste cōsere-
ret. Sed ille opportunitate duct⁹ pugnauit Reuer⁹
cum securi ferire voluit, ille in vrbē confudit, nec

supplicem tribuni tuebantur. Deinde pater lachrymis, pp̄lus precibus veniam ipetrarunt. Papyri de Samnitibus triūphauit. Idem præneste cū prætorem grauissime increpuit, expedi iquit lictor secures, et cum eū metu mortis attonitū vidisset: incōmodā ambulantibus radicem excidi iussit.

De Quinto Fabio Rutiliano.

Vintus Fabius Rutilianus, prīmus ex ea familia ob virtutē Maxim⁹, magister eq̄tū a Papyrio Cursore securi pene p̄cussus, primū de Apulis & Lucerīnis. Iterū de Samnitib⁹, tertio de Gallis, Vmbris, Marsis, atq̄ Tuscis triūphauit. Cēsor Libertinos trib, amouit. Iterū Censor fieri noluit, dices nō esse ex vsu Reip. eosdē Cēsores s̄pius fieri. hic prim⁹ instituit, vt ieq̄tes Romani idib⁹. Quintilib⁹ ab æde Honoris eq̄sū idētes in capitolium trāsirent. Mortuo huic tm̄ aeris pp̄li liberalitate cōgestū, vt ide fili⁹ vīscerōnē, & epulas publice daret.

De Marco Curio Dentato.

Arcus Curius Dentat⁹ primo de Samniti bus triūphauit, quos vsq; ad mare superū perpacauit. Regressus in concione, ait tan tum agri cepi, vt solitudo futura fuerit, nisi tantum hominū cepisse m, tantū porro hominū cepi, vt famē perituri fuerint, nisi tam agri cepisse m. Iterū de Sabīnis triūphauit. Tertio de Lucanis ouans vrbem introiuit. Pyrrhū Regē Epeirotarū Italia ex-

pulit. quaterna dena agrī iugera virītim populo diuisit. Sibi deinde totidē cōstituit, dices neminē esse debere, cui nō tantū sufficeret. Legatis Samnitum aurum offerētibus, cum ipse in foco rapa torreret, malo iniquit hæc in fictilibus meis esse, & aurū habentibus imperare. Cum iteruersæ pecuniae argueretur, cadum ligneum, quovti ad sacrificia cōsueverat, in mediū protulit, iurauitq; se nihil a miliis de præda hostili in domū suā conuertisse. Aquā deinde Anienem manibus hostium in urbem induxit. Tribun⁹ plebis Patres autores fieri coegit comitiis, quibus plebeius magistrat⁹ creabatur, ob hæc merita domus ei apud Tiphatam, & agrī iugera quinq; genta publice data.

De Appio Claudio Cæco.

Ppius Claudius Cæcus in Censura liberti
a nos quoq; in Senatū, legit, epulādi, decātandiq; ius tibicinibus in publico ademit. Duæ familiæ ad Herculis sacra sunt destinatæ. Potitorum & Piniorum. Potitos Herculis sacerdotes pretio corrupti, vt sacra Herculea seruos publicos edocerent, vnde cæcatus est. Gens Potitorum fundit⁹ periit. Ne cōsulatus cū plebeis cōmunicaret, acerrime restitit, ne Fabius solus ad bellū mitteretur, cōtradixit. Sabinos, Sānites Hetruscos bello domuit. Viam vsq; Brūdusium stravit lapidibus, vnde illa Appia dicta, aquā Anienem in urbē induxit. Censuram solus oīquinquēnio obtinuit. cum de pace Pyrrhi ageretur, & gratia potentū p legatum

Cineā pretio quæreretur, senex & cæc^o lectica i Se-
natū latus, turpissimas cōditiōes magnifica oratio-
ne discussit.

De Pyrrho Rege Epeirotarum.

yrrhus Rex Epeirotarum materno gñē

p ab Achille, paterno ab Hercule oriūd^o cū
imperiū orbis agitās Romanos potēteis

videret. Appollinē de bello cōsuluit. Ille ambigues
rñdit. Aio te Aeacida Romanos vincere posse. hoc
dicto in volūtātē tracto auxilio. Tarētinis venit, bel-
lū Romanis intulit, Leuinū consulē apd Heracleā
Elephantorū nouitātē turbauit. Cumq; Romanos
aduersis vulneribus occisos videret. ego inquit tali
bus viris breui orbē terrarum subigere potuisse.

Amicis gratulātibus, quid mihi cū tali victoria in-
quit, vbi exercitus robur amittam? ad vigesimū ab
vrbe lapidē castra posuit, captiuos Fabricio gratis
reddidit. Viso Leuinii exercitu, eādē sibi ait aduer-
sum Romanos, quā Herculī aduersus hydrā fuisse
fortunā. A Curio, et Fabricio superat^o. Tarentū re-
fugit, in Siciliam traiecit. Mox in Italiam Locros re-
gressus, pecuniā Proserpinæ auehere tētauit. Sed
ea naufragio elata est. Tū in Græciā regress^o dū
Argos oppugnaret, iictu tegulæ prostratus est. Cor
pus ad Antigonum Regem Macedoniæ delatum
magnifice sepultum.

De Volsiniis.

Olsinii Hettruriæ nobile oppidū luxuria
pene perierunt. Nā cū temere seruos ma-

V

numitteret, dū in curiā legeret, cōsensu seruorū op-
pressi, cū multa idigna pateretur clā Roma auxiliū
petierūt. Missusq; Decius Murena mox Libertinos
omēis aut i carcere necauit, aut dominis in seruitu-
tem restituit.

De Appio Claudio Caudace.

Pius Claudius Vicitis Volfiniensib⁹ cognō-
mento Caudax, frater Cæci fuit. Cōsul ad
Mameritinos liberādos missus, quorū am-
cem Carthaginīes, & Hiero rex Syracusan⁹ oblī-
debat, primo ad explorādos hosteis fretū pīscato-
ria naue traiecit, & cū duce Carthaginīesū egit, vt
præsidiū arce deduceret Rheygiū regress⁹ quinque-
remē hostiū copiis pedestribus cepit, phalāgem in
Siciliā traduxit. Carthaginīes Messana expulit.
Hierona Regē prælio apud Syracusas in dēditionē
accepit, qui eo periculo territ⁹ Romanorū amicitia
petiit, eisq; postea i idelissimus fuit.

De Cneo Duillio & Himilcone Pœnorū duce.

Neus Duilli⁹ primo pūnico bello dux cō-
tra Carthaginīes missus, cū videret eos
multū mari posse, classem magis validā,
quā decoram fabrefecit, & quas Coruos vocauere,
man^b ferreas cū irrisu hostiū primus instituit. Qui-
bus inter pugnandum hostiū naueis apprehendit,
qui vīcti, & capti sunt. Himilco dux classis Cartha-
ginem fugit, & a Senatu quæsiuit, quid faciēdū cen-
serent: omnibus yt pugnaret, acclamantib⁹, Feci in-

quit, & vixtus sum, sic pœnā crucis effugit. Nā apud Pœnos dux male re gesta puniebatur. Duillio concessum est, vt prælucente funali, & præcinente tibicine, a coena publice rediret.

De Attilio Calatino.

Ttilius Calatinus dux Romanorū aduersus Carthaginēseis missus, maximis, & munitissimis ciuitatibus. Aena, Drepano, Liybæo hostilia præsidia deiecit. Panormū cepit, to tamq; Siciliā peruagatus, paucis nauib⁹, magnā hostium classem, duce Hamilcare, supauit. Sed cū ad Camerinā ab hostibus obseßam festinaret, a pœnis in angustiis clausus est, Vbi tribunus militū Calpurnius Flāma acceptis trēcētis in superiorē locū eusasit Cōsulē liberauit. ipē cum trēcētis pugnās cecidit. & postea ab Attilio semianimis iuētus, & sanat⁹. magno postea terrori hostibus fuit. Attili⁹ gloriose triumphauit.

De Marco Attilio Regulo.

Arcus Attilius Regulus cōsul, fusis Salentinis, triūmphauit primusq; Romanorū ducum Africam classem traiecit, quallas, duce Halmicare, naueis lōgas, treis & texaginta accepit. Oppida ducenta, & hominē ducēta millia cepit. absente eo coniugi eius, & liberis ob paupertē sumptus publice dati. Mox arte Xantippi Lacedæmonii mercenarii militis capt⁹. in carcerē miss⁹. legat⁹ de permutādis captiuis Romā missus, dato

ff.

ture iurādo: vt si non ipse traxisset, ita de mū rediret. in
Senatu cōditionē dissuasit, reiectisq; a se cōiuge, et
liberis. Carthaginē regressus, vbi ī arcā ligneā cōie-
ctus, clavis ī rorsum adactis, vigiliis, ac dolore pu-
nitus est.

De Quinto Luctatio Catulo.

Vintus Luctatius Catulus primo Punico
bello trecētis nauibus aduersum Poenos
q; pfectus, sexcētas eorū naueis cōmeatib;
et aliis onerib; ipeditas duce Himilcone apd Egae-
tes insulas iter Siciliā & Africā depressit, finēq; bel-
lo iposuit. Pacē petētib. hac cōditioē cōcessit, vt Sici-
lia Sardinia, & cæteris ifulis itra Italiam, Africāq; de-
cederēt, Hispania citra Hiberū fluuiū abstinerēt.

De Hannibale Carthaginiensi duce.

Annibal Hamilcaris fili⁹. xi. annos nat⁹
h a patre artis admotus odiū in Romanos
perenne iurauit. Exinde soci⁹, & miles
in castris pris fuit. Mortuo coauسام bellī quærēs,
Sagūtum Romanis foederatam intra sex menseis
euertit. Tum alpibus patefactis, in Italiam traiecit.
P. Scipionē apud Ticinum, Sempronium Lōgum
apud Trebiam, Flamminium apd Trasimenum,
Paulum & Varronē apud Cānas superauit. Cumq;
vrbē capere nō posset, in Cāpaniā d̄luerit, cuius de-
litiis elanguit. Et cum ad tertium abvrbe lapidēca
stra posuisset, tempestatibus repulsus prīmū a Fa-
bio Maximo frustat⁹, deinde a Valerio Flacco re-

pulsus, a Gracchio & Marcello fugatus, in Africā reuocatus, a Scipione superatus, ad Antiochū Regē Syriæ cōfugit, eūq; hostē Romanis fecit, quo victo ad Prusiā Bithyniæ regē cōcessit. Vnde Romā legatione repetitus, hausto, qđ sub annuli gēma habebat, veneno, absurp̄tus est, positus apd Libyssam in arca lapidea, in qua hodie quoq; i scriptū est, Hāc nibal hic situs est.

De Quinto Fabio Maximo.

Vintus Fabius Maximus cūstator, vt Ve
rūcōsus a veruca i labris, ita Ouicula a cle
mentia morū. Cōsul de Liguribus triun
phauit. Hannibalem mora fregit, Minutium magi
strum equitum imperio æquari sibi passus est, & nī
hilo minus perclitanti subuenit. Hannibalē i agro
Falerno iclusit. Manlium Statilium tranfugere ad
hostis volentē equo, & armis donatis retinuit, et
Lucano cūdā fortissimo ab amore mulieris ifre
quēti, eādem emptam dono dedit. Tarentū ab ho
stib⁹ recepit. Herculis signū inde translatū in Capito
lio dedicauit. De redēptione captiuorū cū hostib⁹
pepigit, qđ pactū cū a Senatu i probaretur, fundū
suū ducentis millibus vēdidi, & fidei satisfecit.

De Publio Scipione Nasica.

Vbli⁹ Scipio Nasica a Senatu vir optimus
iudicatus, matrē deū hospitio recepit: cū
aduersum auspicia cōsulem se a Gracchio
nominatū cōperisset, magistratus abdicavit. Cēsor
ffii.

statuas, quas sibi q̄sq; p ambitionē in foro ponebat, sustulit. Cōsul delminiū vrbē Delmatarū expugna uit, imperatoris nomē a militib⁹, & ab Senatu triū phū recusauit oblatū. Eloquētia prim⁹, Iuris scītēa consultissimus, ingenio sapiētissimus fuit, vnde vulgo Corculum dictus.

De Marco Marcello.

Arcus Marcellus Viridomarū Gallorum
m ducem singulari praelio fudit, spolia legit apud Nolā, Hānibalem primus locorum angustia adiutus vinci docuit. Syracusas p treis annos expugnauit, & cum p calūniā triūphus ei a Senatu negaretur, de sua sentētia ī Albano mōte triūphauit. Quinque cōsul, insidits Hanibalis decept⁹ occubuit, & magnifice sepult⁹. Offa Romā remissa, a p̄donibus intercepta perierunt.

De Liuia Claudia virgine Vestali.

Annibale Italiam deuastāte, ex respōso ill
H brorū Sibyllinorū mater deū e Pessinūte accersita, cū aduerso Tyberi veheretur, repete in alto stetit, & cū moueri nullis virib⁹ posset, ex libris cognitū est castissimae demū fœminæ manu moueri posse. Tum Claudia virgo vestalis falso incestu suspecta, deam orauit, vt si pudicam sciret, sequeretur. Et Zona imposta nauē mouit. Simulachrum matris deū aduxit. Templum ædificauit Nasica, qui vir optimus iudicabatur.

Arcus Porcius Cato genere Tusculanus a.
 m Valerio Flacco Romam solicitatus, tribun⁹
 militū i Sicilia. Quæstor sub Scipione fortis
 simus. Prætor iustissimus fuit. In prætura Sardinia
 subegit. Vbi ab Ennio græcis literis institut⁹, cōsul
 Celtiberos domuit. Et ne rebellare possent, literas
 ad ciuitates singulas misit, ut muros dirueret. cum
 vnaq; sibi soli iperari putaret, fecerūt. Syriaco bel
 lo tribun⁹ militū sub Marco Atilio Glabrone occu
 patis Thermopylarū iugis, præsidū hostiū depulit
 Censor. L. Flaminijū consularē Senatu mouit, quod
 ille in Gallia ad cuiusdam scorti spectaculū eductū
 quendā e carcere in conuiuio iugulari iussisset. Ba
 silicam suo nomine primus fecit Matronis ornamē
 ta erepta Oppia lege repetētibus restitit. Accusator
 assiduus malorū, Galba octogenarius accusauit.
 Ipse quadragies quater accusatus gloriose absolut⁹.
 Carthaginē delendā cīsuit post octuaginta annos fi
 liū genuit. Imago hui⁹ funeris gratia produci solet

¶ De Claudio Nerone et Hasdrubale
 fratre Hannibalis.

Asdrubal frater Hannibalis ingentibus co
 piis in Italiam traiecit. Actūq; erat de Roma
 no imperio, si coniungere Hannibalicopias
 potuisset. Sed Claudius Nero, qui in Apulia cum
 Hannibale castra cōiūxerat, reliqua in castris par
 te, cū delectis ad Hasdrubalem properauit. et se Li
 ff iii

ufo colega apud Senā oppidum, & Metaurum flu-
men coniuxit. Amboq; Hasdrubalē vicerunt. Ne-
ro regressus, pari celeritate, quā venerat, caput Has-
drubalis ante vallū Hannibalis proiecit. Quo ille vi-
so, vincī se fortuna Carthaginis cōfessus est. oh hæc
Liuius triūphans, Nero ouans, vrbē introierunt

De Publio Cornelio Scipione Africano.
Vblius Scipio ex virtutibus cognominatus
p Africānus, Iouis filius creditus. Nā ante q̄
conciperetur, serpens in lecto matris ei⁹ ap-
paruit. Et ipsi paruulo draco circūfusus nihil nocuit.
In capitoliū intempesta nocte cunti nunquā canes
allatrauerunt. Nec hic quicquam prius cœpit, quā
in cella Iouis diutissime sedisset, quasi diuinā men-
tem accepisset. Decem & octo annoꝝ patrē apud.
Ticinum singulari virtute seruauit. Clade canen-
si nobilissimos iuuenes Italiam deserere cupiētis
sua autoritate cōpescuit. Reliquias ī columnis p me-
dia hostium castra Canusiū perduxit. Vigintiqua-
tuor annorum prētor in Hispaniam missus, Cartha-
ginem, qua dī venit, cœpit. Virginē pulcherrimā
ad cuius aspectū cōcurrebat, ad se vetuit adduci
patrīq; eius ac spōlo restitui iussit. Hasdrubalē, Ma-
gonēq; fratres Hannibalis Hispania expulit. Am-
icitiam cū Spyhace Maurorū Rege coniunxit Ma-
sinissam in societatē recepit. Victor domum regre-
sus cōsul ante annos factus, cōcedēte collega ī Afri-
cam classe traiecit. Hasdrubalis & Syphacis castra
vna nocte perrupit Reuocatum ex Italia Hānibalē

superauit. Victis Carthaginensibus leges imposuit
Bello Antiochi legat⁹ fratri fuit ,captū filium gratis
recepit. A. Petilio Acteo .Tribuno.PL. repetunda
rū accusatus, librū rationū in cōspectu populi scidit,
Hac die inquit Carthaginē vici quasi bonū factū, in
capitolīū eamus, et diis supplicemus. Inde in volū-
tariū exiliū concessit, vbi reliquā egit aetatem. Mo-
riēs ab vxore petiit ne corp⁹ suū Romā referretur

De Liuto Salinatore.

Iuius Salinator primo consul de Illyriis tri-
umphauit. Deinde ex iuidia peculatus re-
us ab oibus tribubus, excepta Metia condē-
natus. Iterū cū Claudio Nerone inimico suo cōsul,
ne Resp. discordia male administraretur , amicitiā
cū eo iniūxit, et de Hasdrubale triūphauit. Cēsor cū
eodē collega omneis tribus excepta Metia aerarias
fecit. Stipendio priuauit eo criminē, q̄ aut prius se
iniuste condēnasset, aut postea tantos honores non
recte tribuissent.

De T. Quintio Flaminio.

Quintius Flamininus Flāmīni⁹, qui apud
.T. Trasimenū periit, filius, consul Macedo-
niam sortitus ducibus Charopis p̄cipis pa-
storibus, prouinciam ingressus Regē Philippū præ-
lio fudit. castris exuit. Filiū eius Demetrium obsidē
acepit, quem pecunia multatum in regum resti-
tuit. A Nabide quoq; Lacedæmonio filiū obsidem

U
accepit Liberos etiam Græcos Nemeæ per præco-
nē pronuntiavit. Legatus etiam ad Prusianā, ut Hani-
balē repeteret missus.

¶ De Quinto Fulvio nobiliore.

Vintus Fulvius nobilior consul Etolos Am-
q braciotasq; superauit. Vnde ouans vrbē in-
troit. Cōsul Achæos, qui bello Macedonico
interfuerat, post ad Ad Antiochū defecerat p̄eliis
frequentibus, victos, & in Ambraciā oppidum coa-
ctos, ī deditiōnem accepit, tñ signis tabulisq; pictis
spoliauit, de quibus triūphauit. Q uā victoriā perle
magnif. cā Marcus Ennius amic⁹ eius i signi laude
celebrauit

De Lucio Scipione Asiatico

Cipio Asiaticus, frater Africani, infirmo cor-
pore, tñ ī Africa virtutis noie a fratre lauda-
tus, consul Anthiochum regē Syrię legato
fratre apud Sipylū mōtē cū arcus hostiū pluuiā he-
betati fuisset, vicit, et regni relictū a patre, parte pri-
uauit, binc Asiaticus dīct⁹. Post reus pecunia īter-
ceptæ, ni ī carcere duceretur, Gracch⁹ trib. pl. inter-
cessit. M. Caio ēsor, equū et ignominiae cā ademit.

De Antiocho Rege Syrie

Mtiochus Syric Rex nimia opum fiducia
2 bellum Romanis intulit, specie Lysimachie
repetendæ, quam a maioribus suis ī turba

cia conditā Romanī possidebāt. Statimq; Græciā, insula sq; eius occupauit. In Euboea luxuria elāgu it. aduētu Attilii Glabriōis exercit⁹ Thermopylas occupauit. Vnde industria Marci Catonis eie&⁹, in Asiam refugit, Nauali prælio, cui Hannibalē p̄ fe cerat. A.L.Aemilio Regillo superat⁹ filiū Scipionis Africani, quē inter nauigandū cœperat, patri remi sit, qui ei, quasi pro reddenda gratia suasit, ut amicitiā Romanā peteret. Antiochus spredo consilio, apud Sipylum montem cū L.Scipione cōflicxit. Vi etus, et vltra Taurā mōtē relegat⁹, a sodalib⁹, quos temulentus i cōuiuio pulsauerat, occisus est.

De Cneo Manlio Volrone.

Neus Manlius Volso, missus ad ordinādā
g Scipionis Asiatici prouiciā, cupiditate triūphi, bellū Pisidis et Gallogræcis, qui Antiocho affuerāt, intulit. His facile victis, inter captiuos vxor regis Ortiagontisceturionī cui dā in custodiā data, a quo vi strupata de iniuria tacuit. Et post ipse trata redēptiōe marito adulterūceturionē iterficiēs dū tradidit.

¶ De L.Aemylio Paulo Macedonio.

Vcius Paulus Aemylius filius eius, q; apud 1 cannas cecidit, primo consulatu, quem post treis repulsas adeptus erat, de Liguribus triumphauit Rerum gestarum ordinem in tabula Pictum publice posuit. iterum cōsul Persem Philip

pi filiū regē Macedonum apud Samotrachas cœ-
pit, quem vincitū fleuit. et assidere sibi iussit, tñ itiū
phum duxit. In hac lætitia duos filios amisit. Et pro-
gressus ad populū gratias fortunæ egit, qđ si quid
aduersi Reip. imminebat, sua esset calamitate de-
cisū, ob hæc oia et a populo, et a senatu cōcessū est,
vt ludis circ̄ sibus triūphaliveste vteretur. Ob hui⁹
læcetiā, & paupertatē post mortē eius dos vxori nisi
vēditis possessiōibus nō potuit exoluī.

De T. Sēprōnio Graccho.

Itus Sempronius Gracchus nobilissima fa-
milia ort⁹, Scipionem Asiaticum quamuis
inimicum, duci in carcere non est passus.
Prætor Galliam domuit, consul Hispaniam, altero
consulatu Sardiniam, tātumq; captiuorum addu-
xit, vt longa venditione res in prouerbii veniret,
Sardivenales Censor libertinos, qui rusticas tribus
occuparant, in quatuor vrbanas diuisit. ob quod a
populo collega eius Claudio (nā ipsum autoritas
tuebatur) reus factus, et cū eū duæ classes cōdēnat
sent, Tiberius iurauit, se cū illo i exiliū iturum. Ita
reus absolut⁹ est. Et cū i domo Tiberii duo angues
egeniali toro rep̄fissent, respōso dato eū de domi
nis peritum, cuius sexus anguis fuisse occisus.
Amore Corneliae cōiugis marē iussit interfici

De P. Scipione Aemiliano

Vblius Scipio Aemilianus Pauli Macedoni-
ci filius, a Scipione Africano adoptatus,

in Macedonia cū patre agens, vicitū Persē tā petti et
naciter persecutus est, vt media nocte ī castra redie-
rit. Lucullo in Hispaniā legatus, apud Intercatiā op-
pidū prouocatore singulari praelio vicit. Muros ho-
stileis ciuitatis primus ascendit. Tribunus ī Africa
sub Tito Manilio Imperatore cohortes octo obsidi-
one vallatas cōsilio et virtute seruauit, a qbus coro-
na obsidionali donat⁹. Cū ædilitatē peteret cōsul an-
te annos vltro factus, Carthaginē intra sex mēseis
deleuit. Numantiā in Hispania, correcta prius mi-
litū disciplina, fame vicit, hic Numantinus dictus.
Caio Lelio plurimūv⁹. Ad reges adeūdos missus,
duos secū præter eum seruos duxit. Ob res gestas
superbus, Gracchū iure occisiū videri respōdit, ob=
strepēte populo, taceat inquit, Quib⁹ Italia nouer-
ca est, nō mater & addidit, quos sub corona vēdidi
Censor Mūmio collega segniore insenatu ait Vtinā
mīhi collegā aut dedissetis, aut non dedissetis. Su-
scepta agrariorū caussa, domi repēte exanimis iuē-
tus, obuoluto capite elatus, ne līuor in ore appare-
ret. Huius patrimoniu tam exiguū fuit, vt. xxxii. li
bras argenti, duas et similibrā auri teliquerit.

De Aulo Hostilio Mancino

Vl: Hostilius Mancinus prætor aduersum
Numantinos vetantibus auibus, et nescio
qua voce reuocante prefectus, cum ad Nu-
mantiam venisset, exercitum Pompeiī acceptum
prius corrigerē decreuit, inde solitudinē petit. eo
die Numantini forte solemni nuptu filias lēcabāt,

er vnam speciosā duobus cōpetentibus pater puel
le conditionē tulit, vt ei illa nuberet, qui hostis dex
teram attulisset. Profecti iuuenes abscessū Romae
norum in modū fugæ properantiū cognoscunt, rē
ad suos referunt. Illi statim quatuor millibus virgin
ti millia . Romanorū ceciderunt. Mancinus autore
Tiberio Graccho questore in leges hostium fœdus
percussit, quo per Senatū iprobato, Mancinus Nu
mantinis deditus, nec recept⁹, augurio in castra de
ductus præturā postea cōsecutus est.

¶ De Lucio Mumio Achaico.

Vcius Mumius deleta Achaia Achaicus, ad
uersus Corinthios missus, victoriā alieno
labore quæsitam intercepit. Nam cum illos
Metellus Macedonicus apud Heracleā fudisset, &
duce Critolao priuasset, cū lictorib⁹ & paucis equi
tibus i Metelli castra properauit, Corinthios apud
Leucopetram vicit duce Dioneo, qui domū refugit
eamq; incendit, cōiugem interfecit et se in ignē pre
cipitauit, excepto ipso, nemo interiit. Mumius Cori
thū siguis, tabulisq; spoliauit, quibus cū totā replef
set Italiam, in domū suā nihil cōtulit.

¶ De Q. Cæcilio Metello Macedonico.

Vintus Cæcilius Metellus a domita Macedo
nia Macedonicus, prætor Pseudo Philippū,
qui idē Andrisc⁹ dictus est, vicit. Achæos bis
prælio fudit, triūphandos Mumio tradidit, Inuisus
plebi ob nimia seueritatē, et ideo tertio post duas

repulsas, cōsul ægre factus Arbachos i Hispania do
muit. Apud Cōtrebiā oppidū cohortes loco pulsas
redire, & locū recipere iussit. Cū oīa p̄prio, & subito
cōsilio ageret, amico cui dā quid acturus esset rogā
ti, tunicam inquit meā exurerē, si eā consiliū meū
scire existimare. Hic quatuor filiorū pater, supremo
tēpore humeris eorū ad sepulchrū latus est. Ex q̄
bus treis cōsuleis, vnum etiā triūphantē vidit.

De Q. Cæcilio Metello Numidico.

Vitus Cæcilius Metell⁹ Numid⁹, qui de
q̄ Iugurtha rege triūphauit, Césor Q uitiū
qui se Tiberii Gracchi filium mētiebatur,
incensum nō recepit. Idem in legem Apuleiā per
vīm latam iurare noluit. Quare in exilium actus
Smyrne exulauit. Claudia deinde rogatiōe reuoca
tus, cum ludis forte literas in theatro accepisset, nō
prius eas legere dignatus est, quā spectaculū finire
tur. Metellum sororis suae virum laudare noluit, q̄
is olim suum iudiciū, & leges detrātarat.

De Quinto Metello Pio.

Vintus Metellus Pius Numidici fili⁹, pius
q̄ quia patrē lachrymis, & p̄cibus assidue ab
exilio reuocauit. Prætor bello sociali. Q.
P̄pediū Marsorum ducē interfecit. Consuli Hispania
Herculeios fratres oppressit. Sertoriū Hispania
expulit. Adulescens in petitione prætūrū, & pontificatus consularibus viris prælatus est.

Tiberi⁹ Gracchus Africani ex filia nepos,

Quæstor Mancino i Hispania foedus eius
flagitiosum probauit. Periculū deditiōis

eloquētiæ gratia effugit. Tribunus pl. legem tulit,
uequis plus mille agri jugera haberet. Octauio col-
lega intercedēte nouo exēplo magistratu ahrogas-
uit. Deinde tulit, vt ea familia, quæ de Attali hære-
ditate erat, ageretur, & pplo diuideretur. Deinde
cum progare sibi potestate vellet, aduersis auspi-
ciis i publicum processit, statimq; capitolium petiit,
manum ad caput referēs, qua salutem suam popu-
lo cōmendabat, hoc nobilitas ita accepit, quasi dia-
dema posceretur. Segniterq; cessāte Mutio cōsule,
Scipio Nasica sequi se iussit, qui saluam Remp. vel-
lent, Gracchum in capitolium persecut⁹ oppresſit,
Cuius corp⁹ Lucretii ædilis manu in Tyberim mis-
sum, vnde ille Vispillo dicit⁹. Nasica vt inuidiæ sub-
traheretur, p speciē legationis in Asiā ablegat⁹ est.

De Caio Graccho.

Aius Gracchus pestilētem Sardinia quæ-

stor sortit⁹, nō veniēte successore, sua spō-
tc discessit. Asculanæ & fragellanæ dcfe-

tionis inuidiam sustinuit. Tribunus pl. agrarias et
frumentarias leges tulit. colonos etiā Capuā, & Tar-
rentum mittendos censuit. Triumuiros agris diui-
dendis se & Fuluiū Flaccū, & C. Crassum constituit
Minucio Rufo Tr. pl. legibus suis obrogāte, i capito

lium venit. Vbi cum Attilius, prece Opimii cōsulis, in turba fuisset occisus, in forum descēdit, & imprudens concionē a tr. pl. auocauit. Quare accersitus, cum in Senatū nō venisset, armata familia Aventinū occupauit. Vbi ab Opimio victus, dum a tēplo Dianaē desiliuit, talū intorlit, & Pōponio amico apd portā trigeminam. P. Lectorio in pōte sublico pse: quentibus resistente, in lucū Furinæ puenit. Ibi vel sua vel serui Euphorī manu iterfect⁹, caput a Sep-tumuleio amico Gracchi ad Opimiu relatum, auro expenso fertur, propter auaritiam infuso plumbo grauius effectum.

De Marco Liuio Druso.

Arcus Liu⁹ Drusus genere, & eloquētia magn⁹, sed ambitiosus, & supb⁹, aēdilis mun⁹ magnificētissimū dedit, & ibi Rubrio collegae quādam de vtilitate Reip. sugerēte, quid tibi inquit cnm Rep. nostra? Quæstor in Asia nullis insignib⁹ vti voluit, ne quid ipo esset insigni⁹. Tribunus pl. Latinis ciuitatem, plebi agros, equitibus curiam, senatui iudicia permisit. Nimiæ libera litatis fuit. Ipse etiam professus nemiri se ad largiē dum præter cœlum & cœnum reliquisse. Ideoq; cū pecunia egeret, multa cōtra dignitatē fecit. Magul sam Mauritaniae principem ob regiſſimultatē profugum accepta pecunia Bocho p̄didit, quē ille elephanto obiecit. Adherbalem filiū regis numidarū obſide m domi suæ ſumpſit, redemptionē ei⁹ occul te a patre sperās. Cœptionem inimicum actionibus

suis resistentem ait de se tarpeio præcipitaturum.
 Consuli legibus Agrariis resistenti, ita collum in Co-
 mitio obtorsit, ut multus sanguis efflueret e naribus,
 quæ ille luxuria cōprobans, morti iam detrudise di-
 cebat. Deinde ex gratia in inuidiā venit. Nā plebs
 acceptis agris gaudebat, expulsi dolebāt, equites le-
 cit letabantur. Senatus pmissis iudiciis exultabat,
 sed societate cum equitibus ægre ferebat. Vnde Li-
 uius anxius, ut latimorū postulata differret, qui pro-
 missam ciuitatem flagitabant, repete in publico cō-
 cedit siue morbo comitali, seu hausto caprino san-
 guine semianimis domū relatus. Vota p illo p Ita-
 liam publice suscepta sunt, & cum Latini consulē in
 Alba mōte interfectori essent, Philippū admonuit,
 ut caueret. vnde i Senatu accusatus, cū domū se re-
 ciperet, imiso inter turbā percussore, corruīt. Inui-
 dia cædis apud Philippū, & Cœptionē fuit.

De Caio Mario patre.

Aius Mari⁹ septius consul Arpinas humili-
 c loco natus primis honoribus p ordinem
 functus, legatus Metello in Numidia, et
 minando consulatum adeptus. Iugurthā captiū āte
 currum egit. In proximum annum consul vltro fa-
 ctus. Cymbros ī Gallia apd aquas Sextias, Theuto-
 nas in Italia in capo Caudio vicit, deq̄ his triūphae-
 uit. Usq; ad sextum cōsulatum per ordinem factus
 Apuleium Saturninum. tri. pl. & Glauciam Præto-
 rem seditiones ex senatuscōsulto iteremīt. & cu Sul-
 picia rogatione pūnciam Syllæ eriperet, armis ab

eo vicitus. Minturnis in Palude latuit. Inuictus & in carcerē cinctus, immissum pressorē Gallū vultus au toritate deterruit. Accepta uauicula in Africā tra fecit. Ibi diu exulauit. Mox Cinana dñatione reuocatus, ruptis ergastulis, exercitū fecit, cæsisq; inimiciis iniuriā vltus scptimo consulatu, ut quidā ferūt, voluntaria morte deceſſit.

De Caio Mario filio.

Aius Marſus filius vigintiquinq; annorū consulatum inuasit, quē honorē tam im maturum mater fleuit. hic patri ſæuitia ſi miliscuriam armat? obſedit. Inimicos trucidauit, quorum corpora in Tyberim præcipitauit. In appa ratu belli, quod contra Syllam parabatur apud Sa c̄riportū vigiliis & labore de fessu, ſub dio requieuit, & absens vicitus, fugæ, nō pugnæ interfuit. Præ neste refugit, ubi p. Lucretiu Offellā obſeffus tētata per cunniculū fugā cū oīnia ſepta intelligeret, iugulandū ſe Pontio Telesino præbuit.

De Lucio Cornelio Cinna.

Vclus Cornelius Cinna flagitiosissim⁹ Rép. I summa crudelitate vastauit. Primo cōſula tu legem de exulibus reuocādis ferēs ab Octauio collega prohibitus, & honore priuat⁹, Vrbe profugit, Vocatisq; ad pileū ſeruis, aduersarios vi cit. Octauium interfecit, Ianiculum occupauit. Iterum & tertio consulem ſeipm fecit. Quarto cōſula tu cum bellum cōtra Syllā pararet. Ancone ob ni

eniam crudelitatem ab exercitu lapidibus occisus est.
De C. Fimbria.

Fimbria saeuissimus quippe Cinnæ satellit. Iles, valerio Flacco cōsuli legatus in Afā profectus, per similitudinem dimissus. corrupto exercitu, ducem inter ficiendū curauit. Ipse corruptis imperii insignibus, puincia ingressus. Mithridatē Pergamo expulit. Iliū ubi tardius portæ patuerūt, incēdiū iussit, ubi Mineruæ tēplū in uiuolatu stetit, qd̄ dinīna maiestate seruatū nemo dubitauit. Idē Fimbria militiæ pricipes securi percussit. Mox a Sylla Pergami oppressus corrupto exercitu desertus semet occidit.

De Viriato Lusitano,

Iriatus genere Lusitanus ob paupertatem primo mercenari⁹. Deinde alacritate veator, audacia latro, ad postremum Dux. Bellū aduersum Romanos sumpsit, eorumq; Imperatorem Claudiū Vnimanū. Deinde C. Nigidiū oppressit, pacem a Popilio maluit integer petere, quā vicitus, & cū alia dedisset, & armā retinerentur, bellum reuocauit. Coepio cū vincere aliter non posset, duos satellites pecunia corrupit, qui Viriatū humi depositum perimerent. Quae Victoria quia empta erat, a senatu non probata.

De marco Aemylio Scauro.

Arcus Aemilius Scaurus nobilis, pauper. Nam pater eius, quāuis patrit⁹, ob pau-

pertatem carbonarium negotium exercuit. Idem
 primo dubitauit, honores peteret, an argentariam
 faceret, sed eloquentiae consultus, ex ea gloriā pe-
 perit. Primo in Hispania corniculum meruit. Sub
 Horeste in Sardinia stipiedia fecit. Aedilis iuri red-
 dédo magis, quam muneri edédo studuit. Prætor
 aduersus Lugurthā, tamen eius pecunia vīctus. Cū
 sul legem de sumptib⁹, & Libertinorum suffragiis
 tulit. P. Decium prætorem transeunte ipso, sedentē
 iussit assurgere, eiq; vestem scidit, sellam cōcidit, ne
 quis ad eū in ius iret, edixit. Cōsul Ligures, & Gā-
 ticos domuit, atq; de his triūphauit. Cōsor Aemy-
 liam straluit. Pōtem Miliuū fecit. Tantq; autorita-
 te potuit, vt Opimum contra Gracchum. Marium
 cōtra Glauciā, & Saturninū priuato consilio arma-
 ret. Idē filium suū, quia presidiū deseruerat, in conse-
 spectū suū vetuit accedere. Ille ob hoc dedec⁹ mor-
 té sibi cōsciuit. Scaurus senex, cū a vario. tri. pl. argue-
 retur, quasi socios, & Latium ad arma coegisset, ad
 pp̄lm ait, Sutius Sucronēsis Aemylium Scaurum
 ait socios ad arma coegisse, Scaurus negat, vtrī po-
 tius credendum putatis?

De Lucio Apuleio Saturnino.

Vcīus Apuleius Saturninus tr. pl. seditio-
 sus, vt gratiā Marianorū militum para-
 ret, legē tulit, vt Veteranis Centena agri
 iugera in Africa diuideretur, Intercedentē Bebiū
 collegā, facta p̄ populū lapidatiōe submouit, Glau-
 ciæ prætori, q; is eo die quo is cōcionē hēbat, ius dis-

cendo partem populi aduocasset, sellam cocidit, ut
magis popularis videretur. Quādā Libertini ordi-
nis subornauit, qui se Tiberii Gracchi filium finge-
ret. Ad hoc testimoniu Sempronia soror Graccho-
rum pducta, nec precib⁹, nec minis adduci potuit,
ut dedec⁹ familiæ agnosceret. Saturnin⁹ Aulo Mé-
mio competitore imperfecto tribunus pl. refect⁹ Si-
ciliā, Achaiam, Macedoniam nouis colonis destina-
uit, & aurum dolo, an scelere Cœpionis partum ad
emptionē agrorū conuertit. Aqua & igni iter dixit
ei, qui in leges suas nō iurasset. Huic legi multis no-
bilib⁹ abrogatibus, cū tonuisse, iā inquit, nisi quie-
scitis, grādinabit. Metellus Numidic⁹ exulare, q̄ iu-
rare maluit. Saturnin⁹ tertio tribunus pl. relectus
vt satellitem suum Glauciam prætorē faceret. Mū-
nium competitorem eius in Cāpo Martio necādū
curauit. Marius Senatus cōsulto armatus, quo cen-
setur, nequid Resp. detrimēti caperet, darent ope-
ram consules. Saturninum & Glauciā in Capitoliū
persecutus, obsedit, maximoq; astu icisis fistulis in-
deditiōne accepit, nec deditis fides seruata ē, Glau-
ciæ fracta ceruix. Apuleius cū in curiā fugisset, lapi-
dib⁹, & tegulis desup imperfect⁹. Caput ei⁹ Rabirius
quidā Senator p̄cōniuia ī ludibriū circūtulit.

De Lucio Lucullo.

Vcius Lucullus nobilis disertus, & di-
ues, munus quæstoriū amplissimū de-
dit. Mox per Murenam ī Asia classem

Mithridatis, et Ptolemeū regem Alexandriae cōsu-
li Syllae conciliauit. Pr̄etor Africā iustissime rexīt.
Aduersus Mithridatē missus, collegā suū Cottā
Calcedoniæ obſessum liberauit. Cyzicon obſidione
ſoluit. Mithridatis copias ferro, et fame afflīxit, eū
q̄ regno ſuo Ponto expulit. Quem rurſum cū Ti-
grane rege Armeniæ ſubueniente magna felici-
te ſuperauit. Nimiſus i habitu. Maxie ſignorū & ta-
bular̄ amore flagravit. Postcū alienata mēte, deſi-
pere cœpit, tutela eius. M. Lucullo fratri pmissa eſt.

De Lucio Cornelio Sylla

Ornelius Sylla in fortuna felix dictus, cum
paruulus a nutrice ferretur, mulier obuia,
ſalue, inquit, puer tibi, et Reip. tuæ felix. Et
ſtatim quæſita, quæ hęc dixiſſet, nō potuit inueniri
Hic quæſtor. Marii Iugurthā a Boccho in deditiōne
acepit. Bello Cymbrico, et Theutonico legat⁹ bo-
nā operā nauauit. Pr̄etor iter ciueis ius dixit. pr̄e-
tor Ciliciā prouinciā habuit. Bello ſociali Sāniteis,
Hirpinosq̄ ſuperauit. Ne monimenta Bocchi tolle-
retur, Mario reſtitit. Consul Asia ſortitus. Mithrida-
tem apud Orchomenū, et Chæroneā p̄rēlio fudit.
Archelaum p̄rēlio, p̄fectū eius. Athenis vicit, por-
tum Peiraēu recepit. Medos, Dardanos in itinere
ſuperauit. Mox cum rogatione Sulpitia imperium
eius transferretur, ad Marium i Italiam regressus
corruptis aduersariorū exercitibus, Cabonem Ita-
lia expulit. Marium apud Sacri portum. Telesinū

ſgti

apud portā Collinā vicit, Mario prenestē iterfecto, felicē se edictō appellauit Proscriptiōis tabulas pri-
mus proposuit, Nouē millia deditorū in villa publi-
ca cecidit. Numerū sacerdotū auxit. Tribunitiā po-
testatē minuit. Rep. ordinata dictaturā depositus.
Vnde spe deceptus Puteolos cōcessit, & morbo qui
Ptheiriasis vocatur, interiit.

De Mithridate Rege Ponti.

Ithridates Rex Ponti oriundus a septē Per-
m̄ sis, magnā i animi, et corporis, vt sex iuges
equos regeret, duarū et viginti gentiū ore
loqueretur, bello sociali dissidētibus Romanis, Ni-
come dē Bithinia, Ariobarzanē Capadocio expu-
lit literas per totā Asia misit, vt quicq; Roman⁹
eset, certa die interficeretur, & factū est. Græciā,
insulasq; omneis, excepta Rhodo occupauit. Sylla
eū prælio vicit Classem eius proditione Archelai ter-
cepit, ipsū apud Orchienū oppidū fudit, et oppressit
et potuit capere, nisi aduersum Marium festinans,
qualem cung⁹ pacem componere maluisset. Dein-
de eū Cabiris resistēte Lucullus fudit. Mithridates
post a. Pōpeio nocturno prælio victus, in regnū cō-
fugit. Vbi per seditionem popularē a Pharnace fi-
lio in turre obseßsus, venenū lūpsit. Cum id tard⁹
biberet, quia aduersum venena multis antea me-
dicaminibus corpus firmauerat, imissū percussore
Gallum Sithocū autoritate vultus territū reuoca-
uit. et in cædem suam manū trepidantis adiunit.

Neus Pompeius Magnus ciuiis bello Syllæ
 parteis secur^o, ita egit, vt ab eo maxime di-
 ligeretur. Siciliâ sine bello a proscriptis rece-
 pit. Numidiâ Iarbæ erepta, Massinissa r^estituit, vigi-
 tis ex annos natus triuphauit. Lepidum acta Syllæ
 rescindere volentē, priuatū Italia abrogauit. Præ-
 tor in Hispaniam proconsuli missus Sertoriūni vi-
 cit. Mox piratas intra quadragesimū diem subegit
 Tigranem ad deditiōnem Mithridatem ad vene-
 nū compulit. Deinde mira felicitate rerum in septē
 trione Albanos, Colchos, Henicchos, Caspios, His-
 beros, Nuc in oriente Parthos, Arabas, atq^z Iudæos
 cum magno suitterore penetrauit. Primus in Hir-
 canū, Rubrū, et Arabicū mare usq^z peruenit. Mox
 diuisio orbis imperio cū Crassus Sytiām, Cesar Gal-
 liā. Pompeius vrbē obtineret post cädē Crassi Cæ-
 farem dimittere exercitū fuisse. Cuius ir. festo adue-
 tu vrbē pulsus, in Pharsalia vīctus, ad Ptolemæū.
 Alexandrię regē fugit. Huius latus sub oculis vxo-
 ris, et liberorum a septimo Ptolemei prefecto mu-
 crone cōfossū est. Iamq^z defuncti caput gladio præ-
 cīsum quod usq^z ad ea tēpora fuerat adoratū. Trū-
 cus Nilo iactus a Seruio Codro rogo iustus, huma-
 tusq^z est, inscribēte sepulchro. Hic situs est Magn^o.
 P. Caput ab Achilla Ptolemei satellite, Aegiptio ve-
 lamine inuolutum cum annulo Cæsari præsentas-
 tum est. Qui non continens lachrymas, illud pluri-
 mis, et pretiosissimis odoribus cremandū curauit.

SVETONII TRANQ VILLI DE DE ILLVSRI
BVS GRAMMATICIS LIBER

Rammatica olim Romæ ne in vſu qui
dem, nedium in honore vlo erat, ru
di scilicet, ac bellicosa etiam tū ciuita
te, nec dū magnopere liberalibus di
sciplinis vacante. Initiū quoq; eius me
dicte extitit. Si quidem antiquissimi
doctorū quidē & poetē & oratores semigræci erāt
Liuum et Ennium dico, quos vtraq; lingua do
mi, forisq; docuisse adnotū est. Nihil amplius quā
græce interpretabantur. Ac si quid latine ipſi cōpo
ſuissent, prælegebant. Nam quod non nulli tradūt,
duos libros de litteris, syllabisq; itē de metris ab
eodē Ennio editos, iure arguit. L. Cotta non poetæ
ed posterioris Ennii esse, cuius etiam de auguran
di disciplina volumina feruntur.

De Crat ēte Mallote primo grāmatico in Vrbe.

Rimus igitur, quantum opinamur, studiū
p grāmaticæ in Vrbem intulit Crates Mallo
lotes Aristarchi æqualis, qui missus ad Se
natū ab Attalo Rege inter secundū, ac tertium bel
um Punicū sub ipsā Ennii m̄item cum in regio
ne palatii prolapsus icloacæ foramē crus fregisset,
per omne allegationis simul, et valet uđinistēp^o plu
rimas κροτεις subide fecit, assidueq; differuit,
nostris exemplo fuit ad imitandū. Hacter^o tamen

imitati, ut carmina parū adhuc diuulgata, vel de
functorum amicorū, vel si quoq; aliorū probasset,
diligentius retractaret, ac legenda, cōmentandoq;
etiam ceteris nota ficerent. vt. C. Octavius Lamp
dio Næuī Punicū bellum, quod vnicō volumine.
etcōtinenti scriptura expositū, diuisit in septem li
bros. vt postea. Q. Varguteius ānaleis Enniī, quos
certis diebus in magna frequentia proruntiabat
vt Lelius, Archelaus, Vectius. Q. Philocomus Lu
cili Satyras familiaris sui, quas legisse apud Arche
laum Pompeius Lenaeus apud Philocomum, Va
terius Cato predicat. Instruxerunt, auxeruntq; ab
enī parte grāmaticā Lælius Lanuin⁹ gener. Q.
Aelii, Seruius Clodius vterq; eques Roman⁹, mul
tip; ac variis & in doctrina & in Rep. vslus.

De Lælio Praeconino siue Istilone
Aelius cognomine duplicituit, nam et Pra
coninus, quod pater eius praconiū fecerat,
vocabatur, & Istilo, q; orationes nobilissimo
cuiq; scribere solebat. Tantus optimatum fauor, vt
Q. Metellum Numidicū in exilium comitatus sit.
Seruius cum librum soceri non dum editū fraude
intercepisset & ob hoc repudiar⁹ pudore, ac tedium
secessisset ab urbe, in podagræ morbū incidit. cu
sus impatiēs veueno sibi perūxit pedes, & enecuit
ita, vt pte ea corporis quasi premortuavixerit. post
hoc magis ac magis et gratia, et cura artis screuit,
vt ne c'arissim.i quidē viri abstinuerint, quo minus
et ipsi aliquid de ea scriberent. Utq; tēporibus quis

busdam super. xx. celebres scholē fuisse in urbetra
dantur. Pretia grāmaticorum tāta, mercedesq; tā
magnē, vt constet Luctantium Daphnidē quē Lez
næus Melissus per cauillationem nominis παγος
αρχμα dicit ducētis millib⁹ numū Q. Catulo éptū,
ac breui manumissū. L. Apuleium ab Ef. cito Calu:
no equite Ro, prædiuite qnadringenis annuis con
ductum, multos edocuisse. Nā in prouincias queq;
grāmatica penetrauerat, ac nonnulli de notissimis
doctorib⁹ peregre docuerunt, maxie in Gallia to:
gata, inter quos Octavius Teucer, et Siscenni⁹ Iac
chus, & Oppius Cares, hic quidē ad vltimā etatē, &
cū iam non gressu modo deficeret, sed et vi u.

De grāmaticorū appellationib⁹

Ppellatio grāmaticorum grēca consuetudi
ne inualuit, sed initio literati vocabantur.
Cornelius quoq; Nepos in libello, quo disti
guit literatum ab erudito, literatos quidē vulgo ap
pellari ait eos, qui aliquid diligēter, et acute, scien
terq; possint aut dicere, aut scribere. Cæterum pro
prie sic appellandos poetarū interpretes, qui a græ
cis grāmatici nominētur, eosdē literatos vccitatos.
Messala, Coruinus in quadā epistola non esse sibi
dicens rem cum Furio Bibaculo, neccū Sigida qui
dem, aut literatore Catone, significateni haud du
bie Valerium Catonē poetam simul, grāmaticūq;
notissimum. Sunt qui literatum a literatore distin
guant, vt Græci grammaticum, a grammatisa, &
illum quidē absolute, hunc mediocriter doctū exi

stiment. quorum opinionē Orbilius etiam ex ep̄pls confirmat. Nā apud maiores ait cū familia alicui venalis produceretur, non temere, quē nō litteratū in titulo, sed litteratorem inscribi solitū esse, quasi non perfectū literis, sed imbutū. Veteres grāmatici et rhetorica docebāt, ac multorū de vtraq; arte commentarii feruntur, secundū quā cōsuetudinē posteriores quoq; existimō, quanquam iam discreti professionibus nihilominus vel retinuisse, vel instituisse, et ipsos quædam genera institutionū ad eloquētiā preparandā vt problemata, periphrases, elocutiones, ethologias, atq; alia hoc genus, ne scilicet siccio ino, atq; aridi, pueri rhetoribus traderētur, quæ quidē omitti iā video desidia quorundam et infantia, non enī fastidio putem. Me quidē adolecentulo, repeto quendā principe nomine, alternis diebus declamare, alternis disputare, nōnullis vero mane differere, post meridiē remoto pulpito declamare solitū. audiebā etiā memoria patrum, quosdā e grāmaticis statiludo transisse in forū, atq; in numerū præstatiſsimorum patronorū receptos. Clari prefessores, et de quibus prodi possit aliquid duntaxat a nobis, fere hi fuerunt.

De Sæuio Nicanore.

Aeuius Nicanor primus ad famā dignatio nemq; docēdo peruenit, fecitq; præter commentarios, quorū tñ pars maxima intercepta dicitur. satyram quoq; in qua libertinum se, ac dupli cognomine esse hoc idicat. Seuius Nicanor

Marci libertus. negabit Sequius posthumus idem. At M. docebit Sunt qui tradant ob infamiam quandam eum in Sardiniam secessisse, ibique diem obiisse.

De Aurelio Opilio.

Vrelius Opilius Epicurei cuiusdam libertus, philosophiam primo, deinde Rhetorica, non uissime Grammatica docuit, dimissa autem schola Rutilium Rufum damnatum in Asiam secessus ibidem Smyrnæ, simulque consenuit, cōpulsusque variæ eruditionis aliquot volumina, ex quibus noue vnius corporis, quia scriptores, ac poetas sub cletela musarum iudicaret, uno absurde et scriptisse, & fecisse se ait ex numero diuarum, et appellatio. huic cognomen in plerisque indicibus, et titulis per unam iteram scriptum animaduerto, verum ipse id per duas effert in Paraphrasi de libellis, qui inscribitur Pinax.

De M. Antonio. Gniphone.

Arcus Antonius Gniphon ingenuus in Gallia natus, sed expositus, a nutritore suo manu missus, institutusque Alexandri quidem, ut aliqui tradunt, in cotubernio Dyonisi Scithobrachionis, quod equidem non temere crediderim, cum temporum ratio vix congruat. Fuisse dicitur ingenii magni, memoriae singularis, nec minus græce, quam latine doctus. præterea comi, facilique natura, nec inquam de mercedibus paucis, eoque plura ex liberalitate discentium consecutus, docuit primum in diu Iuli domo pueri adhuc, deinde sua priuata, docuit autem

et Rhethoricā ita, ut quotidie præcepta eloquētias traderet. Declamaret vero non nisi nūdinis. scholā eius claros quoq; vitos frequētasse aiunt. In his. M. Ciceronē etiā cū prætura fungeretur. Scripsit multa, quāuis annū ætatis quinquagesimū nō excesserit, etsi Atteius Philologus duo tantū volumina de Latino sermōe reliquissē eū tradit. nā cætera scripta discipulorū eius esse, nō ipsius, in quibus & suū alīcubi reperi nomeu.

De M. Pompilio.

Ompilius Andronic⁹ natione Syr⁹ studio
p Epicureæ lectæ desidiosior in professione
Grāmaticæ habebatur, minusq; idonens
ad tuēdā scholā. Itaq;cū se in vrbe nō solū Antonio
Gniphoni, sed cæteris etiā deteriorib⁹ postponi viz
deret, Cumas trāsiit. Ibiq; in otio vixit, & multa cō
posuit, Verū a deo inops, atq; egens, vt coactus sit,
præcipuū illud opusculū annaliū elenchorū sexde
cim millibus numū cuidā vendere, quos libros Or
bilius suppressos redemisse se dixit, vulgādosq; cu
rasse nomine Autoris.

De Orbilio.

Rbilis Pupillius Beneuetanus in morte pa
o rentumvna, atq; eadē die inimicorū dos
lo interemtorū destitutus, primo appari
turam magistratib⁹ fecit, deinde in Macedonia Cor
niculo, mox equo meruit, functusq; militia, studia
repetit, quæ iā in a puero nō leuiter attigerat, ac p

fessus diu i patria quinquagesimo demū anno Ro-
mā cōsule Cicerone trāsīt, docuitq; maiore fama,
quam emolumēto. nāq; iam perſenex pauperēſe,
et habitare sub tegulis quodā ſcripto fatetur. librū
etia, cui est titulus Perialogos edidit, cōtinētē que-
relas de iuriis, quas profefores negligēter ab am-
bitione parentū acciperent. fuit autem naturæ acer-
bæ nō modo in antiſophistas, quos oī ſermone lace-
rauit, ſed etiā in diſcipulos & Horati⁹ ſignificat pla-
golum eū appellans, & Domītius Marſus ſcribens,
Siquos Orbilius ferula, ſcuticaq; cecidit.

Ac ne principū quidē virorū insectatione abſtinuit,
ſiquidē ignot⁹ adhucq; iudicio frequēti teſtimoniū
diceret, interrogatus a Varrone diuersæ parcis ad-
uocato, qd nā ageret, & quo artificio uteretur, Gib-
berosſe de ſole in vimbram tranſerre, respōdit,
q; Murena gibber erat. Vixit prope ad cētelimum
ætatis annum, amissa iampridem memoria, ut ver-
sus Bibaculi docet.

Orbilius vbi nam est literarum obliuio.
Statua eius Beneuenti ostenditur in Capitolio ad
ſinistrum lat⁹ marmoreo habitu ſedētis ac palliati,
appositis duobus ſcriniis, Reliquit filium Orbilium
et ipm grammaticum professorem.

De' Atteio Philologo.

Tteius Philologus libertinus Athenis na-
tus. hūc Capito Atteius iurisconsul, inter
grāmaticos rhetorē, inter rhetores grā-

maticū fuisse ait. De eodem Asinius Pollio in libro quo salustii scripta reprehēdit, ut nimia prisorum verborum affectatione oblita, ita tradit. In eā rem adiutorium ei fecit maxime quidā Atteius p̄t̄texatus nobilis grammaticus Latinus, declamatiū deinde adiutor, atq; p̄ceptōr ad summā Philologus ab semet nominatus p̄pē ad Leliu Hermā scripsit, se in Grēcis literis magnum p̄cessum habere, et in Latinis nonnullum. Audisse Antonium Gni phonem, eiusq; Hermā postea docuisse. P̄cepisse autē multis & claris iuuenib; in quibus Appio quoq; & Pulchro Claudiis fratribus. Quorum etiā comes in p̄uincia fuerit. Philologi appellationem assūp̄isse videtur, quia sicut Eratosthenes, qui pri mus hoc cognomē sibi vēdicauit, multiplici, variaq; doctrina censebatur, quod sane ex cōmētarīis eius appetet, quāquam paucissimi extent, de quorū tam copia sic altera ad eundem Hermam epistola significat. Hylen nostram aliis in cīmeto cōmēdare, quam omnis generis coegimus vti scis otingētos in libros. Coluit postea familiarissime. C. Salustium, et eo defuncto Āsinium Pollionē, quos historiā cōponere agressos, Alterum breui ario rerū omniū Romanarū, ex quibus, quas vellet, eligeret, instruxit. Alterū p̄ceptis de ratione dicoēdi. Quo magis miror Asinum Pollionē credidisse antiqua eū verba, et figurā solitum esse colligere Salustio, cum sibi sciat nil aliud suadere, quam vt noto, ciuiliq; & proprio sermone vtatur, vitetq; maxime obscuritatem Salustij, & audaciam in translationibus.

SVE TRANQ VIL.
De Valerio Catone.

480.

Alerius Cato, ut nō nulli tradidcrūt. But
seni cuiusdam libertus ex Gallia, ipe lis
bello, cui est titulus idignatio. igenuū se
natū ait, & pupillum relictū, eoq; facilis licentia Syl
lani tēporis exutum patrimonio, docuit multos, &
nobileis, visusq; est peridone⁹ praeceptor maxime
ad poeticā tendentibus, ut quidē apparere vel his
verticulis potest.

Cato grammaticus latina Siren.

Qui solus legit, ac facit poetas.

Inscripsit præter grāmaticos libellos etiā Poemā
ta, ex quibus præcipue p̄bantur Lydia & Diana.

Lydiæ Ticida meminit.

Lydia doctorum maxima cura liber.

Dianæ Cinna.

Secula permaneat nostri Diana Catonis.

Vixit ad extremā senectā sed in summa paupe
tie, & pene iopia, abditus modico Gurgustio post
quam Tusculana villa creditoribus cesserat, ut aus
tor est Bibaculus.

Siquis forte mei domum Catonis.

Depictas minio assulas, & illos.

Custodes videt ortulos Priapi,

Miratur quibus ille disciplinis,

Tantam sit sapientiam assicutus,

Quem tres calculi, & selibra farris,

Race mi duo, tegula sub vna

Ad summam prope nutriant senectam.

Et idem rursus.

Catonis modo Galle Tusculanum
Tota creditor v̄ibe v̄editabat.
Miratismus vnicum magistrum,
Summum Grammaticum, optimum Poetam
Omneis soluere posse quæstiones.
Vnum difficile expedire nomē.
En cor zenodoti, en iecur Cratetis.
De Cornelio Epicado.

Ornelius Epicadus L. Cornili Syllæ Di-
ctatoris Libert⁹ Calatorq; secerdotio au-
gurali filioq; eius Fausto gratissimus fuit.
quare nūquaminon vtriusq; se libertum edidit. Li-
brum autem, quem Sylla nouissimū de rebus suis
imperfectum reliquerat, ipse suppleuit.

De L. Taberio.

Aberius Hierasua Hero empt⁹ de catasta,
et propter literarum studiū manumissus,
docuit inter cæteros Brutum & Cassium.
Sunt, qui tradat, tanta eum honestate præditū, vt
temporibus syllanis p̄scriptorū liberos gratis, et sine
mercede ylla, in disciplinam receperit.

De Curtio Nitia.

Vrtius Nitia hæsit Gn. Pompeio, & C. Mē
mio, sed cum codicillos Mēmii ad Pōpeii
vxorē de stupro pertulisser, pditus ab ea,
Pompeii offendit, domoq; ei interdictū est, fuit e*

hh

M. Ciceronis familiaris, i cuius epistola ad Dolobel
la hæc de eo legimus. Oino mihi literæ magis sunt
expetēdæ a te, quā a me tibi. Nihil em Romæ geri
tur, qđ te pūtē scire curare, nisi forte scire vis, me ī:
ter Nicia nostrū, & Vidiū iudicē esse. pfert alter opi:
nor duob⁹ versiculis expēsum Niciae, alter Arislat:
chushos ὄβελίζει. Ego tanquam Criticus anti:
quus iudicaturus sum. Vtrū sint τοῦ ποντοῦ, an
παρεύθεβλη μενο!. Itēad Atticum, De Nicia
qđ scribis si ita me haberē, vt eius humanitate frui
possem, i prīmis vellē illū mecum habere, sed mihi so:
litudo, & recess⁹ puīcia est, qđ quia ferebat Sicca,
eo magis illum desydero. Præterea nosti Niciae nī
imbecillitatē, molilitatē, cōsuetudinē vič⁹. Cur ego
illi molestus esse velim cum mihi ille iucund⁹ eſſe
nō possit? Volūtas tamē eius mihi grata eſt. Huius
de Lucilio libros etiā satyra cōprobat.

De Lenæo.

I Enæus Pōpeii **Magni libert⁹**, & pene oīm
expeditionū comes, defuncto eo, filiusq;
eius, schola se sustētauīt, docuitq; in Cari:
nis ad Telluris aēdē, in qua regiōe Pōpeiorū dom⁹
fuerat. Ac tāto amore erga patroni mēoriā extitit,
vt Salustiū historicū, qđ eū oris iprobi, animo iue:
recūdo scripsisset, acerbissima satyra lacerauerit. La:
staurū, & Lurconē, & Nebulonē, Popinonięq; appellans,
& vita, scriptisq; mōstrosum, præterea prisca:
rū, Catonisq; verborū ineruditissimū furē. Traditur

aūt puer adhuc catherinis subrept⁹ refugisse i patriā.
pceptisq; liberalib⁹ disciplinis ptiū dño suo retulisse
Verū ob īgeniū atq; doctrinā gratis manumissus.

De.Q. Cæcilio.

Cæcilius Epeirota Tusculi nat⁹ libert⁹ At-
tici Satrii equitis Ro. ad quē sunt Cicero-
nis epistolæ, cum filiā patroni nuptam. M.
Agrippæ doceret, suspect⁹ ea, & ob hoc remot⁹ ad
Corneliū Gallū se contulit, vixitq; vna familiarissim⁹
me, qd̄ ipi Gallo iter grauissima crīmina ab Augu-
sto obiicitur. Post deinde dānationē, morteq; Galli
scholā aperuit, sed ita vt paucis et tñ adolescentibus
præciperet, prætextato nemini, nisi si cuius Parenti
hoc officiū negare nō posset. Primus dicitur latine
ex tēpore disputasse, primusq; Vergilium, et alios
Poetas nouos perlegere cepisse, quod etiam,
Domitii Marſi versiculus indicat.

Epeirota tenellorum nutricula vatum.

De Verrio Flacco.

Errius Flaccus libertinus docēdi ḡfie ma-
xime inclinavit, nāq; ad exercitāda discen-
tiū īgenia, aequaleis iter se cōmittere sole-
bat, pposita nō solum materia, quam scriberēt, sed
et præmio, quod victor auferret. id erat liber ali-
quis antiquus, pulcher, aut rarius, quare ab augu-
sto quoq; nepotibus eius præceptor electus, trāslit
in palatiū cum tota schola. Verum vt neq; amplius
posthac discipulū recipere. Docuitq; in atrio Catia-
linæ domus, quæ pars palatii tunc erat, & exte-
hh. ii

tia centenai annum accepit. decepsit ætatis exactæ
sub Tiberio. Statuā habet Prænestē in iferiore fos-
ri parte contra hemicyclum, in quo fastos a se ordi-
natos, & marmoreo parieti icisos publicaret.

De Crassitio.

Vcius Crassitius genere Tarétinus, ordi-
nis Libertini cognomine Pasides, mox
Pansam se trāsnominauit. Hic initio circa
Scenā versatus est, dū Mimographos adiuuat, de-
inde in Pergula docuit, donec cōmētario Smyrna
edito adeo iclaruit, vt hæc de eo scribebētur.

Vni Crassitio se credere Smyrna p̄bauit,
Desinete idocti coniugio hanç petere,
Soli Crassitio se dixit nubere velle,

Intima cui soli nota sua extiterint,
Sed cū edoceret, iā multos, ac nobileis, in his Iuliū
Antonium triumiri filiū, vt Verrio quoq; Flacco
compareretur, dimissa repête scola, transiit ad. Q.
Septimii philosophi sectam.

De Scribonio.

Cribonius Aphrodisius Orbiliū seru⁹, atq;
discipul⁹, mox a Scribonia Libonis filia,
quæ prior Augustivxor fuerat, redēptus
et manumissus. docuit, quo Verrius, tēpore, cuius
etīa libros de Orthographia rescripsit, non sine iſe-
ctatione studiorum, morumq; eius.

Aius Iulius Higinus Augustilbertus, na^e
tione Hispanus (et si non nulli Alexandrinū
putant, et a Cæsare puerū Romā aduectū
Alexandria capta) studiose, et aude imitatus ē Cor
nelium Alexandrinū grammaticū Græcum, quem
propter antiquitatls notitiā Polyhistor ē multi, qui
dam historiā vocabant. Praefuit Palatinæ bibliothē
cæ, nec eo seculis plurimos docuit, fuitq; familiarissi
mus Ouidio poetæ, et C. Licinio consulari histori
co, quieo admodum pauperē deceſſisse tradit, et
liberalitate sua, quoad vixit sustentatum. Huius
libertus fuit Iulius Modestus, in studiis, atq; doctri
na, vestigia patroni secutus.

De C. Melisso.

Aius Melissus Spoleti nat⁹. Iugenitus, sed
e ob discordiam parentū expositus, cura et i
dustria educatoris sui altiora studia perce
pit, ac Meccenati pro Grāmatico muneri datus est
cui cum se gratum & acceptū in modum amicivī
deret, quamquam asserente matre, permanit tñ in
statu seruitutis, præsentēq; cōditionē veræ originis
ante posnit. quare cito manumissus Augusto, et in
sinuatus est, qđ eleganter curā ordinādarū biblio
thecarū in Octauiae porticu suscepit, atq; ut ipse tra
dit, sexagesimū ætatis annū agens, libellos ineptia
rum, qui nunc iocorum scribūtur, componere insti
tuit, absoluitq; centū, qui quaginta quibus & alios

diuersos postea addidit, fecit et nouum genus togatarum, inscriptisq; trabeatas.

De.M.Pomponio Marcello.

Arcus Pōponius Marcell⁹ sermonis Latini
m exactor modestissim⁹, in aduocatione qua-
dam (nā interdū et cauſas agebat) soloecis-
num ab aduersario factū vsque adeo arguere per-
seuerauit, quoad Cassius Seuctus iter pellatis iudi-
cibus dilationē petiit, vt litigator suus aliū Grāma-
ticum adlēberet, quando non putat is cum aduer-
ſario de iure, sed sibi de soloecismo controuersiā fu-
turam. Hic idem cū ex oratione Tiberium repre-
hēdisset, affirmante Atteio Capitone, et esse illud
latinū, et si non esset, futurum certe. Iam inde mēti-
tur inquit Capito. Tu enim Cæsar ciuitatē dare po-
tes hominibus, verba non potes, pugilē olim fuisse
Asinius Gallus hoc in eum epigrāmate ostendit.
Qui caput ad leuam didic̄it.

Glossemata nobis præcepit,
Os nullum vel potius pugilis.

De.Q.Rhemnio Palæ monie

Hemnius Palæmō Veicetus mulierisver-
t na primo, vt ferunt, Textrinū, deinde Heri-
lem filium dum comitatur in scholas, lite-
ras didic̄it. Postea manumissus, docuit Romæ, ac
principē locū inter Grāmaticos tenuit, quanquā in
famis oībus vitiis, palāq; et Tiberio, et mox Clau-
dio prædicantibus, nemini minus institutionē pue-

rorum, vel iuuenū cōmittendam, sed capiebat ho
mīnes cum memoria terūstū facilitate / ermonis,
nec non etiā pœmata faciebat extēpore. Scriptis
ex variis, nec vulgarib⁹ metris Arrogantia fuit tā
tā, vt M. Varrone m Porcū appellaret, secum & na
tas, & morituras literas iactaret. Nōmē suū in Bus
colicis non tempore positum, sed præfigente Ver
gilio fore quādeq; oīm poetae, ac poematum pa
lēmoneni iudicē. Gloriabatur etiā latrones quon
dam sibi propter nōminis celebritatē paruisse. Lu
xuriæ ita idullit, vt sāpius indie lauaretur, nec suffi
ceret sumptib⁹, quāquā ex schola qnadragna an
nua caperet ac nō multo minus ex re familiari, cu
ius diligentissim⁹ erat, cū & officinas prome caliū
vctiū exerceret, & agros adeo coleret, vt vītē ma
uu cius institutā satis constet. ccc. lxy. vasa edidisse,
sed maxie flagrabat libidinibus i mulieres vſq; ad
infamā oris, dictoq; nō ifaceto notatū ferunt cuius
dam, qui cum in turba osculum sibi ingerentē quā
quam refugiens deuitare non posset, Vis tu inquit
magister quoties festinatē aliquē vides abligurire?

De Marco Valerio Probo

Arcus Valerius Probus Berrytius dū cen
m turiam petiit, donec tædio ad studia se con
tulit. Legetat in prouincia quosdā veteres
libellos apud grāmatistam, durante adhuc ibi an
tiquorum mēmorīa, nec dū omnino abolita. Sicut
Romæ Hos cū diligentius repetere, atq; alios dei
ceps cognoscere recuperet, quāuis se cōtēni, magisq;
lhiiii

opprobrio legentib⁹, quā glorię et fructui esse ani-
maduerteret, nihilo minus i proposito mansit, mul-
taq; exemplaria contracta emendare, ac distingue-
re, & adnotare curauit, Soli huic, nec vlli præterea
Grāmatices partidedit us, hic non tam discipulos,
quam sectatores aliquot habuit, nunquam enī ita
docuit, vt magistri personam sustineret, Vnum vel
alterum, vel cum plurimos treis, aut quatuor po-
meridianis horis admittere sole lat, cū hancsq; inter
lōgos, ac vulgares sermones legere quædam,
idq; per raro nūmis pauca, et exigua de-
quibusdam minutis quæstuum culis
edidit, Reliquit autem
non mediocrem Syl-
uam obserua.
tionnum ser-
monis an-
tiqui.

SVETONII TRANQ VILLIDE
CLARIS RHETORI
BVSLIBFR

Hetorica quoq; apud nos perinde, atq; Grammatica fere recepta est, paulo etiam difficultius. Quippe quam constet nonnunquam etiam prohibitam exerceri, quod necui dubium sit vetus, item Censorium edictum subiiciā Fānio Stra bone. M. Valerio Messala Consulibus. M. Pompo- nius pretor Senatum consuluit q; verba facta sūt de pihlosophis, et Rhetoribus. S. Cons. de ea re, ita censuerunt, vt. M. Pomp. prætor animaduerteret curaretq; vt si ei e Rep. fideq; suavideretur, vti Ro mæ ne essent. De iisdem interiecto tempore. Gn: Domitius Aenobarbus. L. Licinius Crassus Censo res ita edixerunt Renuntiatū est nobis, esse homi nes, qui nouū genus disciplinæ instituerūt, ad quos iuuenis in ludos connueniat, eos sibi nomē iposuis se Latinos rhetoras. Ibi homīns adulescētulos. to tos dies desidere. Maiores nostri quæ liberos suos discere, et quos in ludos itare vellent, instituerūt. Hęc noua quæ præter consuetudinē, ac morem, maio rum fiūt, neq; placēt, neq; recta videntur. Quapropter et iis, qui eos ludos habēt, et iis, qui eo venire cōsueuerūt, videtur faciēdū, vt ostēdam⁹ nostram sententiā, nobis nō placere. Paulatim et ipsa utilis honestaq; apparuit, multiq; eam præsidii caussa, & gloriæ appetiuerunt. Cicero ad præturā vsq; Græ-

ce declamauit. Latine vero senior quoq; et quid;
 Consulibus Hircio et Pansa, quos discipulos, et grā
 deis p̄t̄extatos vocabat. Gn. Pompeiū quidam
 historici tradiderunt sub ipsū ciuale bellum. quo fa
 cilius. C. Curioni prōptissimo iuueni cauſam Cæſa
 ris defendantī contradiceret, repetiſſe declamādi
 consuetudinem M. Antonium. Item Augustū ne
 mutinensi quidē bello omiſſe. Nero Cæſar et pri
 mo iperii anno, publice quoq; bis antea declama
 uit. pleriq; autem oratorū etiā declamationes edi
 derūt. Quare magno studio hominib; in iudeo, ma
 gna etiam professorum, ac doctorū profluxit co
 pia, adeoq; floruit, ut nonnulli ex infima fortuna i
 ordinem Scenatorium, atq; ad summos honores pro
 cesserint. Sed ratio docendi nec vna omnibus, nec
 singulis eadē ſe per fuit, quando vario modo quifq;
 dīcīpulos exercuerūt. nā et dicta p̄aclare per oēs
 figurās, per casus, et apologos aliter. atq; aliter ex
 ponere, et narrationes tū breuiter, et preſſe, tū la
 tius et vberius explicare conſuerant. Interdum
 Græcorū scripta conuertere, ac viros illustreis lau
 dare, vel vituperare. Q uædā etiā ad vſū commu
 nis vītē instituta, dum vtilia, & necessaria, dū perni
 tiosa, et superuacanea ostendere. Sepe fabulis fidē
 firmare aut demere qđ genus ἀτεῖος, et ἀγασ
 καῖσν, et καταῖσνας Græci vocant, donec ſe
 ſimi hec exoluierūt, & ad controuersiā vētū ē. Veteres
 controuersiæ. aut ex historiis trahebātur, ſicut ſane
 nōnullę vſq; adhuc. aut ex veritate, ac re, ſiqua for
 te recens accidiffet. Itaç lecorū etiam appellatiōnī

bus adiectis proponi solebant . Sic certe collectae,
 editæq; se habet , ex quibus non alienū fuerit vna
 & alterā exēplicauisa ad verbū referre Aestiuo tē-
 pore adulescētes urbanicū hostiam venissēt , litus
 ingressi , pescatores trahentes rēte adierunt , & pepi-
 gerūt , bolū quanti emerent , numos soluerunt , diu
 expectauerunt , dū retia extraherētur . aliquando
 extractis , pescis nullus infuit , sed sporta auri obsu-
 ta . tum emptores bolum suū aiunt , pescatores suū .
 Venalicii cūB rūdusii gregē venaliū e nauī educe-
 rēt , formoso . et pretioso puer , qđ portitores vere
 bantur . Bullam . Et Pretextam togam imposuere ,
 facile fallacia m̄ celerunt . Romam venitur , res co-
 gnita est . petitur puer , quod domīnī voluntate fue-
